

qui superstes fuerit tempore mortis illius, non solum in linea collateralis, sed etiam in linea descendenti, succedere illi in regno, hoc duntaxat obferuato, quod ex ijs, qui fuerint in eodem proximo gradu, tempore mortis illius, superstes fuerint alii quos ex filiis ex se genitis, præferendum eum fuisse Sebastiani principi, filio primogeniti antea defuncti: Quod si ita fit dicendum in regni successione, quis quæro Regem filiam suam nuptui tradat primogenito eius Regis, qui alios filios habuerit: cum facile euenire possit, ut primo genitus ex illa, regno priuaretur, mortuo patre ante auum, regni possessore: His accedit (referente Acoffa ubi sup. nume. 66. ex Jacobo à Saa in tractatu de primogenitura) Ioannem primum Lusitanie Regem, mentis que legis autorem, testamento suo pronunciaffe, regnum ad nepotem suum Dominum Alfonso ex Eduardo primogenito pertinere, in euentu, quod Eduardus ante ipsum Ioannem primum è vita discederet, excluso patre Domino Petro, filio secundo genito ex eodem Ioanne primo: addidisseque, ut in æternum in regni successione idem modus seruaretur, ut scilicet nepos, ex primogenito defuncto, succederet in regno, excluso patre. Quamuis autem Gama de cil. 174. num. 14. relata ex aliorum asseritione hac historia, ad probandum in maioribus de bonis corona regni, nepotem patris esse præferendum, primò dicat: negatur talia verba inserta fuisse in eo testamento: continuo tamen subiungit: quod si ille talia verba protulisset, soli Regi id conuenire diceremus ex Baldo &c. Et ad quoddam aliud aduocatorum argumentum pro eadem sententia, Alfonso videlicet quintum, quando matrimonium cõtraxit cura Eleonora que à Lusitanis excellente senhora, à Castellana verò la Beltranea, vulgo nuncupata est, de clarrasse, si Ioannes, eius primogenitus ex priori vxore, ante ipsum obiret, nepotem ex illo succedere debere in regno, non verò filium huius secundæ vxoris: ad hoc, inquam, argumentum respõdet Gama, iam dictum esse, diuersum esse in Rege, qui spectaliter potuit hanc declarationem facere. Accedit præterea referente Acoffa ibidem, nume. 55. eam opinionem, ut nepos, ex filio primogenito antea defuncto, præferatur patre, multum inualuisse in regnis Gallie, & Anglie, vt eam crescentem semper, ac inualescerent, seruari potius debeamus, Baldo autore.

Sane, attento iure communi, quod extra hereditatem, representationem non admittit, ac proinde in regno eam non admittit, eo quod in illo, non iure hereditario, sed sanguinis ex pacto & providentia succedatur, vt disp. 629. luce clarius ostensum est: itemque attento, quod neque in hereditate ius commune eam admittit ad præferendum nepotem, aut consobrinum patris, atque adeò, vt id, quod in diuisum ad vnum tantum, vltimo possessori proximorem, est deuenturum, vt sunt Regnum, Ducatus, & his similia, esto esset hereditas, deueniat potius ad nepotem, aut consobrinum, quã ad patrum, proximorem simpliciter in gradu vltimo possessoris: sed solum ius commune eam admittit in hereditate diuida, vt de illa patricipet nepos, aut consobrinus, cum patris, non omnino æqualiter, sed patris per capita, nepotes verò, aut consobrini, solum per stipitem, modo supra explicato, attento præterea, de iure Lusitano, nullam aliam representationem, quãque de iure communi est sancita, comperiri statuant: imò verò in maioribus regia corona aperte esse expressum, nullam esse representationem, sed patrum nepoti & consobrino, præferri: itemque attento, idem colligi ex ordinationibus Lusitanis

A circa maioratus de bonis patrimonialibus, attento etiam hoc, & precedente vbi circa maioratus de bonis regie corona, & de bonis patrimonialibus, in eo regno recepto, communi doctorum sententia comprobata, vt hæc omnia duabus dispositionibus præcedentibus ostensa sunt: cum tamen in vnoquoque regno maioratus ceteri instar regni soleant institui, eoque modo in eis succedatur, quo in regno quando institutor aliud non expressit, nisi lege publica diuersa sancita non sunt de regno, & de alijs maioratibus: denique attento, rem publicam Lusitanam, postquam regnum esse cepit, tanquam rem publicam à Castellana omnino distinctam se gessisse, suas peculiarias leges ac iura statuendo, in eisque potius communi iuri, quam Castellano, se conformando, & vbi ius, aut consuetudo Lusitana non esset, ad solum commune ius recurrerent: hæc inquam, his omnibus attentis, si morte Ioannis III. aut quocunque alio tempore, id euenisset, ad inextinguibilem penè quæstio oriretur, num nepos patris in regni successione esset præferendus, an è contra, patris nepoti, (maximè cum ostensum aperte fit, caput, vnde Acoffa & Aluar. Valaf. tentantur, nepotem patris esse præferendum, quia videlicet regnum est hereditas, nullius omnino esse momenti) vt mirandum non esset, quod plurimos sententiam in patris fauorem esse facturos, nihil omnino impediendo, quod Ioannes primus, & Alfonso quintus, contrarium in suis testamentis pronunciauerunt. Neque enim ad Reges spectat de regni successione dispositiones: sed ad rem publicam totam in principio creationis regni, aut postea, dubio aliquo orto, id attingit. Quod si ex iure absque dubio constat, ad quem regnum attineat, vti que testamentum Regis, imò & reipublica, non possunt ab eo auferre regnum, pronuncians, ad alium spectare, aut id de nouo statuendo, vt hæc omnia latus disp. 627. explanata, ostensa sunt.

Ex hoc verò alio capite, quod Acoffa ubi sup. numero vltimo tangit, videtur in linea descendenti, non solum nepos, sed & nepis, & in defectu, nepotis, & nepis, pronepos, & pronepitis, præferri in successione regni Lusitani, patris filio secundo genito vltimo possessoris regni. Et quamuis res non careat difficultate aliqua, propter ea, quæ proxime dicta sunt, simpliciter tamen credo id esse verum: nec dubito, in euentu proposito Sebastianum, aut quencunque alium, obtenturum fuisse regnum excluso patre. Cum enim Lusitanum regnum in hunc modum ex Castellano regno sit deriuatum, quod ob suppetias allatas, & res bene gestas aduersus Mauros, quondam Rex Castellæ extero cuidam tradidisset filiam vxorem, eamque Lusitanie partem, que ex Mauris erat recuperata, in dotem cum illa sub titulo Comitatus, ei dedisset, sua industria postea Lusitaniam, pugnando aduersus Mauros, oppidaque multa de potestate eorum eripiendo, multum auxerunt. Comitatum illum, donec Alfonso Henricus, Comes antea Lusitanie, Rex à suis est acclamatus.

E Quia itaque tunc, nullis de nouo latis legibus circa id regnum, & circa successione in illo, Rex fuit acclamatus, vti que creatus videtur quoad successione deinceps in eo nouo regno, instar vltimi præcipui regni à quo, modo explicato, nouum regnum deriuatum fuit: aut (quod idem est) iuxta consuetudinem regnorum Hispaniarum à tempore Pelagij, quam leg. 2. tit. 1. par. 2. exprimit: quo fit, vt de successione in regno Lusitanie, censendum sit, iuxta consuetudinem lege 2. citata expressam, qua nepotem ex primogenito præferat patris, & neptem in defectu nepotis, & pronepotem, aut pronepitem, in defectu nepotis, & neptis præferat patris magno, vt disp. 626. copiose explanatum est. Si maius dic (& in idè

recidit) Regnū illud perseuerasse quoad successione, & quoad alia, quæ expresse mutata non sunt, quale erat antea, dum erat Comitatus Castellæ: in Comitatus autem, & in reliquis maioratibus, instar Castellani, & Legionis regni, succedebatur tunc, vt disp. 626. & alia hæc in præcedentibus dicti, ostensum est. Ad hoc vero attendentes Ioannes primus, & Alfonso quintus, quod supra relatum est, merito in suis testamentis pronunciant, ad tollendam difficultatem, quæ, vel ex iure solo communi, vel ex lege mentali, vel ex consuetudine, & iure circa maioratus de bonis patrimonialibus eiusdem regni, oriri facile poterant circa successione in ipsamet regni corona. Hoc idem postulabat bonum & pax regi, & vt primogeniti, in eo regno successores, tempore competentis vxores ducere possent dignitati futuri Regis. Et hæc consuetudo est, que iure optimo plus inoleuit in Gallia, Anglia, & in alijs regnis, vt supra relatum est.

8 Interrogabis. Quid de linea collateralis circa successione in eadem corona regni Lusitani censere esse dicendum: Respondeo. Nullam in ea omnino admittendam esse representationem: sed proximorem consanguineum in gradu vltimo illius possessoris, succedere in eo, præferendo maiorem natu eiusdem gradus, minoris, vel masculum femina: quate, cum Regi Henrico vltimo Lusitani regni possessori, soli fuerint proximiores in gradu, Rex Philippus & Domina Catharina, Rexque Philippus maior fuerit natu, ac masculus; Domina verò Catharina minor natu, ac femina erit, proculdubio Rex Philippus in eo regno successit, iureque optimo illud obtinuit. De Domino verò Antonio non est eum locumque illegitimè fuerit natu, & minor fuerit ætate, quam Rex Philippus. Quod in linea collateralis nulla omnino fit admittenda representatio ad succedendum in eo regno, constat. Quoniam neque de iure communi, neque de iure Lusitano, locum habet, vt ostensum est. Neque in successione in vicino regno Castellæ, neque in maioratibus eius regni ante legem Tauri statutis, locum habet, vt constat ex l. 1. tit. 1. par. 2. & copiose, clariusque luce disp. 627. ostensum est: nullum verò aliud caput supererat, vnde cum colore aliquo dici poterat, representationem in linea collateralis esse admittendam, quoad successione in corona regni Lusitani, quam si in vicino regno Castellæ, aut in antiquis eius regni maioratibus, locum haberet ea representatio, vt paratapho præcedente dictum est. Quod si quis cum Molina contendat, representationem in linea collateralis, quæ lege 40. Tauri sancita est quoad maioratus Castellæ, locum habere in successione corona Castellæ, & in maioratibus antiquis eius regni, eaque ratione admittendam esse in successione in corona regni Lusitani, is in primis attendat, de cõtionè illius legis, nunquam admittam esse in Lusitania, sed contrarium lege fuisse statutum, consuetudineque esse tempore seruatum. Deinde attendat, nos disp. 627. luce clarius ostendisse, eam Molina opinionem falsam esse. Postremo aduertat, si representatio ea lege introducta, locum in successione in corona Lusitana haberet, tunc morte Sebastiani Regis, regnum illud non pertinuisse ad Henricum (qui tamen sine vlla controuersia illud obtinuit, sed attinuisse ad Ducem Parmensem, qui hodie viuunt, tanquam ad nepotem Eduardi ex filia primogeniti: si enim Eduardus tempore mortis Sebastiani superstes esset, vti que regnum obtineret, excluso Henrico, tanquam fratre minore, & exclusa Imperatrice, tanquam femina: iuxta eam verò legem Tauri, representatio locum habet in linea tota collateralis, seque extrahit, etiam ad nepotes, & pronepotes descendentes ex ea linea, vt disp. 627. comprobatum est. Item, si ea representatio

tio in successione corona regni Lusitani locum haberet, regnum illud per mortem Henrici non pertinere ad Dominam Catharinam, filiam natu minoris Eduardi, sed ad Ducem Parmensem, nepotem Eduardi, ex filia maiori natu: quandoquidem ex lege Tauri representatio se extendit, non solum ad filios fratrum, sed etiam ad nepotes, vt ex eadem lege, & ex dictis disp. 627. satis liquet. Quo fit, vt Domina Catharina semper à successione in eo regno excludatur.

DISPV. 633.

Examen quorundam dubiorum in maiorem eorum lucem, quæ hactenus de successione in regno, & in alijs maioratibus dicta sunt.

S V M M A R I V M.

- 1 In successione in corona regni Castellæ & Lusitanie, patris vltimi possessoris excludit consobrinum & consobrinam eiusdem vltimi possessoris.
- 2 In maioratibus huius Castellæ regni, sive sint de bonis corona regni, sive de bonis patrimonialibus, consobrinus vltimi possessoris, & filius ex illo, & in defectum sobolis ex consobrino, & consobrino, & soboles illius, excludunt patrum eiusdem vltimi possessoris.
- 3 In maioratibus Lusitanis de bonis patrimonialibus, patris vltimi possessoris, excludit consobrinus eiusdem vltimi possessoris. In maioratibus verò de bonis corona regni, locum non habet quæstio, quia non succedunt collaterales vltimo possessori.
- 4 In bonis emphyteuticis, hoc est, quoad dominium vtile iure emphyteutico possessis, esto deriuata à fin à corona regni, & esto, regni corona dominium habeat directum, locum non habet lex mentalis Lusitanæ, sed perinde in eis succedunt, atque in alijs bonis emphyteuticis.
- 5 In emphyteuticis Lusitanis, sive deriuata sint à corona regni, sive non, si ad vnum indiuise deuenire debeant, qualiter succedatur, & quis cui præferatur.

I N complementum eorum, quæ à disp. 626. dicta sunt, nonnulla super sunt dubia examinanda. Primum est. Si vltimus regni, aut alterius maioratus, possessor sit liberis, descendentibus, & sine fratribus, discedat, habens consobrinum ex fratre prædefuncto, & patrum, vter eorum in regno, aut in alio maioratu, succedat, consobrinusne vltimi possessoris, an patris eiusdem vltimi possessoris, qui patris erit magnus comparationis consobrini vltimi possessoris? Acoffa in quaestione de patre & nepote par. 3. nu. 33. & 34. hoc dubium excitat, agens de successione in regno. Respondetque, quamuis vterque sit in tertio gradu comparatione vltimi possessoris, & patris vltimi possessoris ætate excedat consobrinum, in successione tamen in regno, consobrinum præponendum esse patre. Dicitur, quoniam in regno, eo quod in illo iure hereditario succedatur, locus est representationi in linea collateralis, comparatione ascendenti, ita scilicet, vt consobrinus vltimi possessoris, representet patrem suum defunctum, vti que eius representationis, ascendat ad secundum gradum: quare, quia in ascendenti, comparatione descendenti, non est locus representationis, vt etiam ille patris representet filium suum, fratrem vltimi possessoris, consequens est, vt consobrinus ille excludat patrum vltimi



ultimi possessoris. Atque hac eadem ratione diximus nos supra disp. 164. cum communi doctorum sententia, confobrino illum in hereditatibus, succedendo ab intestato eidem patruo, excludere omnino ab hereditate illius, patrum illum patri sui eo quod per representationem, proximior esset vno gradu ei, de cuius hereditate agitur, quam esset patruus eiusdem defuncti, in cuius hereditate succeditur. Idem addit Acofta, num. 3. esse dicendum, de confobrino, filia traris Regis ultimi possessoris, comparatione patri eiusdem Regis; quoniam femina, neque in regno Lusitaniae, neque in regno Castellae, neque regulariter in alijs regnis (praeter regnum Galliae, in quo ob legem Salicam feminae in regno non succedunt) excluditur omnino a successione in regno statim masculus eiusdem gradus, ei praeponeatur: quare cum confobrino illa, representando patrem suum Regis fratrem, proximior sit Regi vno gradu, quam sit patruus eiusdem Regis; consequens est, ut, tanquam eo modo ei proximior, excludat patrem Regis masculum, maioremque aetate, a successione regni. In maioribus autem Lusitanis de bonis patrimonialibus (addit Acofta ibidem num. 39. quoniam locus non est representationi, vt disput. 63. ostensum est) non solum patruus ultimi possessoris talis maioratus, excludit confobrino eiusdem possessoris maioratus; eo quod, licet sit in eodem gradu cum illa, superat tamen illam sexu & aetate; sed etiam excludit confobrino eiusdem possessoris, ob solum excessum aetatis. In maioribus vero de bonis coronae eius regni, quia non succedit collateraliter ultimo possessori, sed solum descendentes masculi ex linea masculina, vt disput. 63. dictum est, locum non habet dubium propositum.

Ad dubium vero propositum ex nostra sententia dicendum est. In corona regni Castellae, & Lusitaniae, patruus ultimi regni possessoris, praeterit in successione confobrino, & confobrino, eiusdem possessoris; eo quod neutro in loco fit representatio locus in linea collateralis ad succedendum in corona regni, vt dispositionibus praecedentibus, & disput. 627. sufficienter est probatum; & patruus aetate superet confobrino; confobrino vero, etiam sexu.

Quod vero attinet ad maioratus, dicendum est. In hoc Castellae regno, siue maioratus sit de bonis coronae regni, siue de bonis patrimonialibus, confobrino, & in illius defectu, confobrino, & in horum defectu, etiam nepotem, aut neptem, ex fratre ultimo possessoris, excludere patrum eiusdem ultimi possessoris, propter representationem amplam in linea collateralibus, lege 40. Tauri introductam circa vtroque maioratus, vt haec omnia constant aperte ex dictis disput. 627. in Lusitania vero patruus ultimi possessoris maioratus de bonis patrimonialibus excludit confobrino, & confobrino, etiam defuncti ultimi possessoris, vt recte Acofta dicebat: idque propterea quod in eis maioribus locum non habeat representatio, vt disput. 63. dictum est, & patruus confobrino ultimi possessoris sexu, & aetate excedat confobrino vero sola aetate. In maioribus autem Lusitanis de bonis coronae regni, iam dictum est, locum non esse dubio propositum. Quod si subieci non esset legi mentali, idem de illis esset dicendum, quod de maioribus ex bonis patrimonialibus est dictum.

Cum, vt constat ex dictis in eadem dispositionibus praecedentibus, & disput. 626. tam successione in corona regni Castellae, quam in successione in corona regni Lusitaniae, nepos, ex primogenito praedefuncti ultimi Regis possessoris, excludat patrum, & amicum nepotes ex eodem patruo, & amita, esto natu maiores, quam ipse nepos ex primogenito; idque

propterea quod in vtroque regno ad coronam regni immediate post primogenitum, vocetur soboles ipsius, exclusis patris, totaque ipsorum soboles interim diu aliquis de sobole primogeniti est superstes. Cum hac, inquam, ita sint, dum secundum est, num idem dicendum sit de maioribus Lusitanis, de bonis patrimonialibus, & emphyteuticis Lusitanis, tum de bonis priuatis, tum etiam de bonis coronae regni.

Quo loco obserua. Aliud esse loqui, de dominio directo bonorum coronae regni Lusitaniae: aliud vero de emphyteuticis, dominio vero vtili emphyteutarum de bonis coronae regni, siue dominium directum pertineat ad coronam regni, siue deriuatum sit ex corona regni, & possideatur ab aliquo titulo maioribus iuxta legem mentalem. Quando enim dominium aliquod directum deriuatum est ex corona regni Lusitaniae, siue coniunctum, consolidatumque habeat vtile, siue non, sed ad alium titulo emphyteutis pertineat, in illo dominio directo habet locum lex mentalis. Et hoc est, quod habetur lib. 2. ord. tit. 17. §. 5. In dominio vero vtili ac emphyteutico bonorum regiae coronae, siue tales res datae sint in emphyteusim ab ipso Rege, eorumve ministris, siue rite datae sint ab aliquo alio eorumdem bonorum possessore, & siue dominium directum ad ipsam coronam pertineat, eique sit incorporatum, siue ab ea sit diuinitim ad aliquemque priuatum sit deriuatum, in tali vtili ac emphyteutico dominio, locum non habet lex mentalis, sed deuenit id emphyteuticum dominium potest ad feminam, sobolemque; illius masculina, aut feminina; contractusque circa eiusmodi emphyteuticis factis, legibus aliarum emphyteutis subiacet, eodemque modo in eis emphyteutis succeditur, quo in emphyteutibus de bonis priuatis. Atque hoc est, quod disponitur, & habetur eod. tit. 17. §. 6. & lib. 4. tit. 62. §. penult.

Hoc ita constituto, ad secundum dubium est dicendum. Non idem esse dicendum in maioribus Lusitanis de bonis patrimonialibus; & in emphyteutibus Lusitanis, tam de bonis coronae regni, quam de bonis priuatis, quando in modum maioratus ad vnum tantum, quem vltimus possessor nominauerit, deuenit, vt ex parte constat ex dictis disput. 63. & 64. Et enim, cum in his omnibus locum non habeat representatio, vtrique, esto masculus eiusdem gradus in eis omnibus praefertur feminae; etiam si illa maior sit aetate, vt constat ex l. 2. tit. 1. par. 6. legum extrauag. & ex lib. 4. ord. tit. 92. §. si quando se, uncto. §. penult. & disput. 63. dictum est, nihilominus patruus, & etiam amita tanquam proximiores in gradu vltimo possessori, praefertur nepoti ex primogenito defuncto, vt ex eisdem iuribus liquet, & dispositione citata dictum est. Item, ex eisdem omnibus filiis vltimi possessoris, nepos masculus maior natus, qui reperit fuerit, esto fit filio minori, aut etiam ex filia, etiam iuniori, praefertur caeteris nepotibus, etiam si filio primogenito hinc procreatus, vt haec ne Acofta vbi sup. nu. 43. consentaneae ad Bar. & ad plerisque alios, quos citat, auferat. Cessante enim representatione, masculus maior natus in vnoquoque gradu, praefertur caeteris; & in defectu masculorum, femina eius gradus maior natus, praefertur caeteris. Neque refert (vt bene Acofta est alijs testibus) si nepos maior natus, filius sit feminae, vt praefertur caeteris. Licet enim, quando femina omnino excluditur a successione in maioratu aliquo; aut in re alia, masculus ex eadem femina a successione in tali re excludatur; eo quod successio per medium incapax omnino non possit facere saltum in aliquem inde vltimus procreatum; quia ratio, quae in maioratu de bonis coronae regni Lusitaniae non potest succedere feminae, neque etiam succedere potest masculus

ex ea

ex ea procreatus, vt Lusitaniae ordinationes lib. 2. tit. 27. §. 1. 1. definiunt, reddendo rationem paulo antea a nobis redditam, idque hinc verbis: *Que pors a filia, de que tal lidimo varam descendendo nam podia aver a dita terra, a sua incapacidade faz o seu descendente na a poder auer e segundo leys Emperiaes a dita terra nam pode fazer salto a dito seu descendente varam.* Licet inquam, haec ita sint, nihilominus quando femina, incapax rei illius non est, quia omnino a re illa non excluditur, sed solum ei praefertur masculus eiusdem gradus, etiam si minor natus sit, vt euenit in rebus, de quibus disputamus, tunc qualitas ipsius non impedit masculinam ipsius prolem, quae eam qualitate non habet; quando locus non est representationi; sed masculus proximior simpliciter in gradu, maior que natus, praefertur caeteris, siue ex filio maiori, siue ex minori, aut etiam ex filia, si genitus.

Acofta vbi supra n. 46. circa ordinationem Lusitanam lib. 4. tit. 62. §. ante penultimo, quae de eiusmodi emphyteusi, quoad successione in ascendentiis descendentiibus, sic disponit. *Todo esto que dito auemos nos filios, e netos, que am da linha descendente; a uera lugar esse guardara, no da linha ascendente, conue a saber, pae, mae, a uos; nam auendo hi nenhus da linha descendente.* Circa hanc, inquam, ordinationem Acofta recte, iuxta haec tenus dicta, ait, dictumque a nobis est disput. 489. si vltimus eiusmodi emphyteus possessor, nemine ad illum nominato, moriatur sine descendentiibus, & sine patre ac matre, superstitibus auo paterno, & auo materno, cum autem ex his succedere in ea emphyteusi qui fuerit maior natus. Cui enim sint pares in gradu, neque locus sit representatio, quia in ascendentiis comparatione descendentiis vniuersum locum non habet representatio; vti quae praefertur maior aetate, neque impeditur cum esse ex parte patris, quia licet pater vltimi possessoris praefertur matri, & auius aui; eo quod inter aequales in gradu semper masculus, licet minor aetate, praefertur feminae; mater autem, quia proximior in gradu, praefertur aui paterno: inter auos autem paternum, & maternum, cum locus non sit representatio, & pares sint sexu & gradu, vtrique praefertur, qui etatis praerogatiua alterum excelluerit, neque id impedit, cum, qui maior est aetate, esse auium maternum, quoniam qualitas ex parte matris, quae ipsam in successione in ea emphyteusi postponit patri, non transit in auium maternum, neque ibi est vltimum impedimentum.

DISPVTV. 634.

Maioratus esse ne possit in pendenti, aut non, sed ab vltimo possessore transeat irruocabiliter ad proxime vocatum existentibus, etiam si postea nascatur alius proximius vocatus.

S Y M M A R I V M.

- 1. *Exempla proposita questionis proponuntur.*
- 2. *Ad maioratum immediate vocatus, si conceptus iam sit tempore delationis maioratus, si succedit.*
- 3. *Quibus argumentis suadeatur, maioratum non esse in pendenti, sed irruocabiliter pertinere ad eum, qui tempore delationis, inter existentes, est immediatus vocatus.*
- 4. *Quibus argumentis pars contraria suadeatur.*
- 5. *Maioratus quando censendus sit esse in pendenti, ac suspendi quando non item.*
- 6. *Argumenta pro vtraque parte soluntur.*

7. *Dominium & possessionem esse in suspensio, nullum est absurdum.*

Exemplum est, si maioratus institutor vocet aliquem; ad eum, si ex filia, aut ex filiaibus, masculi filij non existant. Si enim eueniat, quod tempore mortis vltimi possessoris, aut amissionis eius maioratus alia de causa, filia, aut filiae, existant, sed sine liberis masculis, ac proinde succedat vocatus ille sub ea conditione negatiua; casuque postea eueniat, vt filia concipiat, & pariat filium masculum, qui, si tempore mortis illius vltimi possessoris, aut delationis eius maioratus, extitisset, praefertendus, iuxta formam illius institutionis, erat illi alteri, sit nihilominus postea praefertendus, quali mortuo vltimo possessore, aut alia de causa delato eo maioratu, quod vocatus sub ea conditione succedere debeat in eo maioratu, aut filius, qui postea forte ex filia nascetur, pendens sit ex eo, quod in futurum conditio illa negatiua impletur, aut non impletur, atque ad eo interim, dum spes est filiorum ex filia, successio in eo maioratu sit in pendenti ab euenit conditionis contingens ad vtrumlibet quod persona, quae succedere in eo debeat. Aliud exemplum est, si maioratus sit relictus sub conditione, aut modo, ita vt possessor, qui id fuerit transgressus, cum maioratu amittat, transeatque ad vltimus ad eum vocatus, iuxta ea, quae disput. 61. & sequentibus dicta sunt, eueniatque, vt tempore transgressionis, vnus ex tunc existentibus immediate sit vocatus, & postea concipiat turac nascatur aliquis, immediatus post illum vltimum possessorem vocatus. Vt si vltimus ille possessor tempore transgressionis, atque amissionis maioratus carebat filiis, adeoque successio in eo maioratu ipsius frater, & postea natus est ei filius, qui praefertendus erat illi patruo, fratri patris sui, vtrum talis patruus irruocabiliter possideat eum maioratu filii, & eius descendentiibus, an vero, nato postea eo filio illi alteri vltimo possessori, ad eum deuoluatur, patrusque eo spoliatur.

Obseruat optime Molina lib. 3. de primogen. c. 10. nu. 1. Hunc quaestionem non excitari de eis immediatus vocatis, qui tempore mortis vltimi possessoris, aut delati maioratus, erant iam concepti, licet nondum essent nati: qui enim concepti iam erant, pro natis, ad effectum vt ad eos maioratus spectet, caeterisque posterius vocatis praefertantur, reputantur filij qui post status attenditur, vel penes tempus conceptionis, vel penes tempus natiuitatis, prout melius ei fuerit, vt quoad libertatem, dictum, ostensumque est in caele disput. 33. & vt legitimus reputetur, ac filius disput. 172. in prin. Et praeter iura ibi citata, tem propositam probant, liqui in vtero, sit de statu hominis, cuius verba sunt. *Qui in vtero est perinde, ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de comidibus istius partus queritur.* & cum inter. C. de fideicom. lib. 1. & affirmat communis doctorum sententia, qua Molina. n. 1. citato refert.

Quod maioratus in praedictis, & alijs firmoibus euenitibus, non sit in pendenti, sed statim irruocabiliter ei acquiratur, qui tempore mortis vltimi possessoris, aut delationis eius maioratus, com pertus fuerit immediatus vocatus, ex actu existentibus tunc in rerum natura, aut iam conceptis, suaderi potest. Primum, quia in maioratibus frequenter succeditur ex vltima voluntate institutoris, & semper ex dispositione personae iam defunctae; dispositiones vero mortuorum, esse non possunt in suspensio tempore confessionis earum, vt constat ex l. vlt. in fine. ff. communi praedior. cuius verba sunt. *Neque enim, sicut viuentis, ita & defunctorum, actus suspendi receptum est.*

Secundo, quoniam maioratus possit eo modo esse in pendenti, sequeretur, dominium bonorum maioratus.

Primum autem

Secundum.



maioratus esse etiam eo tempore in pendenti, seu in aere, ita vt eo tempore nullus esset eorum bonorum dominus: dominum autem esse non potest in pendente, sed continuo ad vnum aut ad alium permere debet, praeterim bonorum maioratum huius Castelle regni, quorum non solum dominium, sed etiam possessio cuius, & naturalis, ex dispositione legis.

Tertium.

Tertio, quoniam in maioratus successione attendi non debet proximitas eorum, qui nec nati, nec concepti sunt, tempore delati successione, neque hi, qui ex post facto nati, & concepti fuerint, excludere eos debent, qui semel successerint, vt probat. l. i. §. si quis proximior, ff. vnde cognat. cuius verba sunt. Si quis proximior cognatus nasci speret (quia scilicet in vtero gestatur) sed ubi natus non est (id est, si non natus) admittimus eum, qui post ventrem proximior videbatur: sed hoc in demum erit accipiendum, si hic, qui in vtero esse dicitur, vivo eo, de cuius bonorum successione agitur fuerit conceptus. Nam, si post mortem, neque obstabit alius, neque ipse admittitur: quia non fuerit proximior cognatus eius, quo vivo, nondum animal fuerat. Vbi videt, conceptum aliquem esse post delatam hereditatem, qui si antea conceptus fuisset, tanquam proximior, succederet, atque excluderet ceteros, non iussu fieri, vt succedat, eosque excludat. Idem probant. l. vlt. §. quando dicitur, ff. vnde legitimi. l. i. §. sciendum, & l. Titius, ff. de suis & legit. heredib. l. si quis filio ex hereditate §. i. ff. de iniusto rupt. l. si cum aut, verbi plane, in l. si de heredit. que ab intestato defertur.

Quartum.

Quarto, quoniam in maioratus successione, proximitas, habitus, seu capacitas successoris, attendi debet tempore mortis ultimi possessoris, aut delati successione, sicut & in legatis, & in hereditatibus, si cognatis, ff. de reb. dub. l. interuenit. ff. de leg. praestand. ergo, qui tempore delationis maioratus, proximior non fuerit ultimo possessori, eo quod nondum sit conceptus, perpetuo manet ab eo exclusus. Idem est, si tunc habilis non sit.

Quintum.

Quinto, quoniam in conditionibus, satis est impletus esse tempore delati legati, hereditatis, aut alterius successione, quicquid postea mutetur, & eueniat, cōcinit. l. si quis heredem. C. de inst. & subst. & praeter Baldum à Molina vbi supra num. 8. citatum, lege alia quae lib. i. c. 6. nu. 16. addit: quare, cum in euentibus, de quibus loquimur, nullus alius proximior successor ultimo possessori existat, atque in eo qui tunc existit, dentur conditiones omnes ab institutore ad succedendum in eo maioratu statuta, sanè is irrevocabiliter succedit, quicquid postea eueniat, concipiat tunc que ac natus alius ultimo possessori proximior praecedenti.

Sextum.

Sexto, quoniam admissio ad maioratus successione, eo, qui tempore mortis, aut delationis maioratus, inuenitur proximior ultimo possessori, linea ex ipso deriuata, praefertur ceteris lineis, quae eo ipso exclusae censentur, quòd is, ex causa tunc existente, admissus est, et eo causa, ob quam tunc ipse est admissus, & ceteri sunt exclusi, non perferret, argumento. cap. i. §. quin etiam, in titulo, Episcopum vel Abbatem. Vbi habetur, si feudum alicui sit concessum, ibi, & descendentibus eius, masculis & feminis, excludaturque filia ob filium illa, semel exclusa, nūquam deinceps admittitur, etiam si ille moriatur, careatque descendentes, vt ex co textu colligunt, & affirmant multi quos Molina lib. i. de primog. c. nu. 22. refert.

Septimum.

Septimo, quoniam eo ipso, quòd successio maioratus huius regni in proximiorum est semel, ingressa, non potest ad alium, etiam proximiorum illi alteri ultimo possessori, transire, donec is, qui illum

obtinuit, & omnes, qui ex ipso profluxerint, deficiant, vt disputatio. 626. & alijs sequentibus ostensum fuit.

Octauo, quia actus semel perfectus, ac consummatus, non vitari, etiam si deueniat ad casum, à quo incipere non potuit. l. pluribus. §. & si placeat, iuncto sumario ibi. ff. de verb. oblig. l. vt pomum, §. i. ff. de feruit. regul. factum legitime, de regul. iur. l. 6. quare, si is, qui proximior erat ultimo possessori tempore delati maioratus, ad eum admissus est, utique ex eo, quòd postea concipiatur ac nascatur alius proximior, non debet semel admissus, ipsi iure turbolens, ab eo maioratu excludi, vt superueniens proximior admittatur.

Confirmatur, quoniam, quando ius alieni quibusdam est ea existentia causa, is non erit eo iure priuatus, et eo causa postea deficiat. l. non potuit, §. sed si post mortem, ff. de bonor. poss. contr. tabular. Nonno, quoniam non potest discedere quis ex parte testatus, & ex parte intestatus, nisi sit miles, vt disputat. l. 16. ostensum est: ita autem dominum maioratus aliquo tempore esse in pendente, maioratus institutor pro eo tempore esse intestatus: neque ita id absurdum incidamus, dicendum est, vt proximiorum ultimo possessori, repertum tempore delati maioratus, succedere in eo irrevocabiliter, et postea concipiatur & nascatur alius proximior eidem ultimo possessori.

Pariter tamen contraria, quòd scilicet cuiusmodi successiones, sint in pendente, conceptoque ac nato eos, qui proximior vocatur, is à principio censetur successisse, & excludat omnino alterum, qui, in huius defectu, vocabatur, sequentibus argumentis suadentibus. Primo, quoniam sequens vocatur sub conditione in defectum proximioris, hoc est, si vocatus proximior non existat, vt in exemplo illo in principio huius disputationis proposito, si filius masculus filios non habuerit, succedat Petrus, quare, vt ita sub ea conditione vocatus, succedat in eo maioratu, necesse est, purificetur, impleturque ea conditio, atque adeò necesse est, vt expectetur, donec vel filius sine filijs masculis moriatur, vel impossibile iudicetur, eas naturaliter posse habere filios: vocatus qui postea sub conditione negatiua, quae a solapibus potestatem non depedit, admittendus non est ad id, ad quod ita vocatus, nisi prius coniter, contrariam affirmatiuam conditionem impleri non possit. Loquendo attingenda, §. vlt. & l. ita stipulatus (l. 5.) §. sed & si, ff. de verbo. oblig. l. pecuniam. ff. si certum petat. & l. hoc genus, iuncta glossa ibi. ff. de condit. & demonstr. Vnde rectè dixit Baldus. l. Mutiana. ff. eod. tit. l. conditiones negatiuas non impleri, nisi per reductionem contrariae affirmatiuae ad impossibile: id quod aperte colligitur ex l. hoc genus, citata, consentitque authentica cul relictum. C. de indict. vid. tol.

Secundo, quia interim dum est puer, substitutio nem in persona primi substituti locum habiturum, locum non habet ceterorum substitutorum, qui in illius defectum vocati sunt, vt ex le. huius, & ex l. si mater. §. vlt. ff. de vulg. atque ex alijs iuribus.

Tertio, quoniam in legato familiae relicto, in quo iuxta gradus prerogatiuam succeditur, non solum censetur substituti, qui tempore mortis testantis, aut delati legati familiae, reperitur de familia, sed etiam nascitur. leg. peto. §. fratre. iuncta glossa ibi, verb. ex familia. ff. de legat. 2. iuxta quem textum, & glossam, dixit ibi Baldus, quòd si tempore mortis testantis, aut delati legati familiae, sit vnus tantum proximior in gradu, & speretur alius in eodem gradu, licet admittatur ad totum legatum, qui tunc fuerit proximior in gradu, tenetur tamen iuxta eum textum, & conditionem praefata, quòd partem restituet patri in gradu, si nascatur.

Octauum.

Confirm.

Nonum.

Pars contr.

Primum arg.

Secundum.

Tertium.

Quar.

Quarto, quoniam, quando maioratus institutor vocat ad eum, filium maiorem natu talis femina, si illa filios habuerit, si vero filios non habuerit, vocat Titium, sanè eam conditionem non restringit ad tempus mortis ultimi possessoris, sed absolute, absque aliqua restrictione, eam profert: in quo euentu, satis est, quocumque tempore eam filios habere, siue tempore delati maioratus, siue post, vt conditio impleta censetur ad effectum, vt filius eius mulieris, succedat in maioratu, excluso Titio, & vt defecisse censetur ad effectum, vt Titius ab eo maioratu excludatur. Ita probat. l. haec conditio, in prin. ff. de condit. & demonstr. illis verbis, vt qui sic testatus fuerit, impleri solummodo conditionem voluerit, nec satis (id est multum) exegerit, quando. Probat etiam, l. si quis heredem. C. de inst. & subst. illis verbis. Sancimus, quocumque tempore impleta fuerit conditio, siue vivo eo siue mortis tempore, siue post mortem conditionem vide esse impletam. Probat item. l. in substitutione, ff. de vulg. illis verbis; & quando cumque erit, & probant alia iura.

Quinto, quoniam saepe, ex circumstantijs concurrentibus, praefendum erit, voluntatem institutoris maioratus esse, vt in eo succedat proximior vocatus, qui postea conceptus, & natus est, quam qui proximior ultimo possessori existens reperitur, tempore delati ex illo maioratus: potest vero substitui & vocari, etiam qui post mortem praecedentis nascetur. l. substitui. ff. de vulg. Randumque est praesumptum institutoris voluntati, eique, quòd acquitas plus postulat. l. ex factis, ff. de vulgari. l. no sine C. de bon. quae liber. Quibus adde, quòd quamuis discedenti ab intestato reputetur proximior, qui tempore mortis illius talis fuerit, vt ei succedat, saltè quia erat iam conceptus; quando tamen dispoluit, si censetur proximior, qui, post omnes testamentum vocatus, reperitur talis, etiam si conceptus & natus sit post mortem illius, vt habetur. §. proximior inst. delegit. agnat. success.

Sexto, quoniam iura, quae statuunt, eum, qui tempore mortis testatoris, aut ultimi possessoris, nec natus, nec conceptus est, non posse succedere, intelligenda sunt, quomodo dispositio erat pura: scilicet, quando erat conditionalis: in hac enim dispositione, non tempus mortis, sed purificata, impletate conditionis, attendi debet. Leum qui post. ff. de cond. & demonstr. l. interuenit. ff. de legat. praest. & l. cum pater. §. here ditatem. ff. de leg. 2.

Res haec controuersa est, doctoresque pro vtraque parte habet, quos Molina lib. 3. de primog. cap. 10. nu. 15. & 25. refert. Ipse verò nu. 38. priorem sententiam in successione in maioratibus Hispanis, etiam si annuaria, seu capella, feuda, aut emphyteutes in modum maioratus, sint, vniter sim amplectitur, maxime quando maioratus morte ultimi possessoris defertur in quo euentu, nume. 44. ait, ita tenentur receptum esse in praxi. Ducitur, quoniam Hispanorum primogeniorum natura ea est, vt illorum successio, nec ad momentum vacare possit, sed statim, mortuo ultimo possessori, in sequentem, qui eo tempore proximior inuenitur transire debeat, ita vt maioratus semper possessorem ac dominum verum & legitimum habeat, vt l. 45. Tauri, accommo date ad horum maioratum naturam, statuitur. Vnde ait, quamuis in alijs dispositionibus, conditiones negatiuae non censentur purificatae ac impletae, donec conset, contrarium esse iam impossibile; in Hispanorum tamen primogeniorum successione illas praempletas habendas esse, in tempore mortis ultimi possessoris contrarium non fit impletum; quoniam ex eorundem Hispanorum primogeniorum natura, omnes referuntur solum ad tempus mortis ultimi possessoris, delationisue maioratus, & quando con-

Tom. II.

ditionibus negatiuis certum tempus formaliter, aut virtute, est adiectum, solum id est spectandum, vt in defectum contrarij eorum, vsq; ad id tempus, si locus eo ipso substituto, loquendo attingenda. §. si stipulatus. ff. de verb. obl. & l. si pecuniam, §. vlt. ff. de statu lib.

Ego, licet idem credam esse dicendum in maioratibus, in quibus conditio non apponitur; vocatō tamen conditio apponitur, qua aliquis vocatur sub conditione negatiua, verbi gratia, vt succedat aliquis, si talis femina, aut femina, filios non habuerint, non puto id ita vniter sim esse dicendum, sed ad tendendum esse ad formam talis dispositionis, & ad circumstantias concurrentes. Et quidem, si non comparatur, mentem institutoris huius, vt conditio illa locū habeat solū vsque ad initans mortis ultimi alicuius possessoris, aut delati maioratus ex illo, crediderim, suspendi successione, quousque ex illis nascatur filij, aut intelligatur, impossibile esse naturaliter eas filios habere, vt intelligatur, quis in eo maioratu succedat. Si enim institutor dixit si talis lemi na sine filijs ex hac vita defecit, succedat Petrus, alioquin succedat filius maior ex illa, vtique, si femina illa superstes sit, sine filijs quidem, ceterum cum ipse filiorū tempore mortis ultimi possessoris, & maiori cum ratione respoere delati maioratus ex illo, quacumque alia ex causa, non succedat Petrus, sed in suspensio erit maioratus, quousque illa filium habeat, aut moriatur sine filio, vel alia ratione impossibile sit eum filium habere, eademque successione; si. n. ea mulier religionē proficteatur, eo ipso incapax erit filij, qui in maioratu succedere possit. Si vero institutor dicat, post talem ad eum maioratum vocatū, succedat filius maior talis feminae, si illa habuerit, alioquin succedat Petrus, tunc vtique coartate intelligitur conditionē ad punctum delatae successione, ex tali possessore, maxime nec successio sit in suspensio, & ita regulariter est praesumendum, atquòd regulari ter vera est opinio illa Molinae nihilominus, quòd contrarium lignificant & perfluidet verba institutoris, vt in exemplo proposito, vtique contrariū erit dicendum. Neque id pugnat cum natura maioratum Hispanorum, quibus non repugnat ad tempus esse in suspensio, praeterim quando ita voluit, ac statuit, institutor. Lex autem 45. Tauri intelligenda est si in rerum naturam existat vocatus, neque vocatus sit sub conditione aliqua pendente in futuro tempore delationis maioratus.

Quando delatio maioratus ex eo prouenit, quòd vltimus possessor transferebat est conditionem, seu potius modum, ex cuius transgressione maioratus institutor statuit, vt eo ipso possessor illum amitteret, & transfiret ad vltimus ad eum vocatū, disputat Molina à nu. 44. citato. num. si post transgressionem alius proximior vocatus nascatur, sit hic praefendus illi, qui proximior erat tempore transgressionis modi, aut comissi delicti. Vt, si possessor maioratus tempore transgressionis modi habebat filiam, & postea natus sit filius, aut carebat filijs, & postea natus est ei filius, an talis filius praefendus sit filia, aut col laterali proximiori, tempore transgressionis modi. Atque arbitrator, quæstio hanc magna ex parte ex ijs esse dirimendam, quae disput. 87. & 96. à nobis dicta sunt. Et quidem, si in penam sit id statutum, vt regulariter censendum est in pena esse statutū, eo modo, quo collegis priuato collegiatur, ob aliqua delicta, aut ob transgressionē aliquarum legum, & scholasticis priuato iuris suffragij ad cathedram, ita tuitur, tunc in hunc modū est distinguendum. Quoniam si solum dicitur, vt si id comiserit, priuatur maioratu, aut propter tale factū eo priuatur, neque addatur, sit ipso iure, aut ipso facto, eo priuatus, tunc cum vltimus possessor, nec dominū eius maioratus, nec

Decisio quæstionis.

Ous posses.



possessionem, amittat ante latam sententiam, eo qd pena illo modo ita ut non debeat antelata sententiam, utique, si nunquam fuerit lata. sententia, nisi quam possessor eius maioratus, illum amittet: si vero aliquando feratur, & spoliatur maioratus, pertinet ad eum, qui in puncto latae sententiae fuerit proximior ultimo possessori, esto alius fuerit proximior tempore transgressiois modi, aut delicti commissi: & esto, qui tempore delicti commissi erat proximior, litem intentasset, eamque prosequutus fuisset vsque ad sententiam. Si vero pena illa fuit statuta ipso iure, aut ipso facto, additumque fuit, ut continuo sine sententia maioratus, aut dominium illius transiret ad vltimus vocatum; tunc vique pertinet maioratus ille ad eum, qui proximior erat tempore transgressiois modi, esto postea, ante sententiam latam, & spoliatio maioratus factam quoad tenentiam, & actuale apprehensionem, nascatur alius proximior ultimo possessori. Imò credo, tunc possessorem maioratus teneri in conscientia, & exteriori foro, relinquere maioratus & fructus illius, proximo tunc successori, nulla expectata sententia: quoniam institutor ita statueret potuit, sufficiensque, eis verbis expressam esse suam mentem & voluntatem, iuxta ea, quae disp. 96. citata dicta sunt. Si vero pena illa privatio nis ipso facto, aut ipso iure, fuit statuta, neque additum fuit, ut dominium continuo transiret in proxime vocatum, nulla expectata sententia, aut aliud simile, vnde intelligatur, mentem institutoris esse, ut ante sententiam maneat illo privatus; tunc non tenetur eum relinquere, eoque se spoliare, penamque exequi ante latam sententiam, iuxta ea, quae disputationibus citatis dicta sunt: sed tunc eum retinet, ac possidet, quousque sententia feratur: qd si nunquam sententia feratur, eum tunc retinet, temporeque mortis suae, illum transmittit ad tunc proximè vocatum, esto proximè vocatus, non extiterit tempore transgressiois modi, delicti, commissi, iuxta ea, quae disputationibus citatis dicta sunt, in his ijs, quae diximus disp. 95.

Dubium autem est, si in hoc eventu sententia feratur, nam succedat, qui proximior erat tempore delicti commissi; an vero, qui proximior fuerit tempore latae sententiae. Et quidem, si ad ius strictum attendamus, videtur dicendum, succedere eum, qui proximior erat tempore delicti commissi. Quoniam iuxta ea quae disp. 95. dicta sunt, sententia in eo eventu retrotrahitur ad tempus commissi delicti, ab eoque puncto maioratus, & fructus ex illo percepti, pertinent ad proximè vocatum: atque iuxta ea, quae ibi dicta sunt, proximè tunc vocatus, comparatur ius in re in tali maioratu, & in fructibus illius, ut de fructu comparatione bonorum illius, cui ipso iure ob delictum confiscatur, dictum ibidem est: ex eo vero, quod tempore latae sententiae natus est alius proximior, spoliari non potest ille prior iure in re semel comparato: maxime quia pronuntiatio sententiae non videtur esse aliud, quàm declaratio iuris ita alteri que fuit à tempore ita commissi delicti ob id delictum, at que ad iudicatio & collatio eorum bonorum illi, ob ius ab eo tempore illi quaesitum: quae locum habere non videntur comparatione alterius posterius concepti ac nati. Atque haec certe magnam vim habere videntur, ut maioratus adjudicari debeat in hoc eventu proximiori tempore delicti, ultimo possessori. Molina vbi supra, cum alijs, quos citat, contrariè affirmat, etiam quando dictum est, quod statim eo ipso, facta modi transgressione, aut commissio delicti, dominium transeat in vltimus vocatum. Sed certè non probo eorum sententiam.

6 Ad primum argum. pro priori parte.

Supra, ut percurramus argumeta pro vtraque parte proposita, ut intelligatur, quantam vim habeant, aut non. Ad primum ergo priori loco propositum pro opinione, quae ex parte amplectimur, con-

cessa maiori, neganda est minor: institutio enim haec redit, legatum, aut alia dispositiones ultimae, factae sub vera conditione pendente in futurum, in suspensio sunt, quousque intelligatur, in quam partem conditio eueniat, ut disp. 206. & alijs saepe dictum est. Ad legem vero vlt. in ff. commun. apud. praetermissis alijs solutionibus, quas Molina c. 10. citato à nu. 26. refert, legitima responsio est. Quod lex illa loquitur, quando ad eadem perfectam & integram dispositionem coparatione vnius numero obiecti, necessarius est consensus, dispositione partialis multorum, ut ad concedendam servitutem in eodem praedio multis communis, necessaria est concessio singulorum, habentium partiale dominium eius praedij, alioquin concessio non valet, nec servitus in eo praedio resultat. Ea autem lege statuitur, quod, si tres, verbi gratia, possideant idem numero praedium pro indiviso, & vnus concedat servitutem in illo, & illo superlute, nec reuocant concessionem, concedat si milititer eam alius, dicitur ita: partiales concessiones interit dum non reuocant, nec illi moriuntur, sunt in pendenti ex eo, quod reliquus tertius eam concedat, ita vti accedat cōcessio tertij, antequam alii reuocent concessionem suam, manet integrè & perfectè ea servitus in eo praedio concessa. Quando autem aliquis in vltima voluntate eam concedit, nisi simul adhiat concessiones ceterorum, siue per vltimam voluntatem, siue concessione inter vivos, quando dies legati illius, seu concessiois illius per vltimam voluntatem cedit, tunc, esto postea ex intervallo accedat, non valet cōcessio illa per vltimam voluntatem, quia voluntates porientium non possunt esse illo modo in pendenti, vti si ex intervallo accedat concessiones aliorum, valida sunt: sed si, quando cedunt, non adfuit alia partialis requisita, inualide proflus red duntur. Excepit, nisi testator expresserit, quod vltima adhibita per eam vltimam voluntatem: nam tunc voluntati testantis, eo modo expressae, est standum, ut Molina vbi supra, cum alijs, rectè ait. Ecce de quibus voluntatibus morientium sit in ea lege sermo, & de qua suspensio.

Ad secundum dicendum est, nullum esse absurdum, si dominium maioratus sit etiam aliquid in pendenti: id enim potest statueri maioratus institutor, si uoluerit, apponendo conditionem, quae verè suspendat successione, ut dictum est; tamen, quando sufficenter id non exprimit, nõ ita id censendum. Sicut enim relinquendo hereditatem sub conditione, dominium rerum hereditarium est in suspensio, neque id aliquid est absurdum, ita in re proposita, nulum est absurdum, quod dominium rerum maioratus, ex expressa uoluntate institutoris, esset temporè aliquo in pendenti. Imò Molina & ceteri doctores contrariè opiniois, negare non possunt, dominium bonorum rerum maioratus esse posse in pendenti. Si enim conceptus sit proximior vocatus, & nondum animatus anima rationali, vti que, salte eo tempore, quo embryo rationali anima caret, post mortem vltimi possessoris, nullus est dominus earum rerum, sed erit, qui conceptus est, quando fuerit animatus anima rationali, & dependenter ex eo, qd ea animetur. Fingit praeterea, post mortem naturalem alicuius vltimi possessoris, vocari filium legitimum alicuius, si eum habuerit, alioquin vocari Petrum, atque vltimum possessorem proficere religioe Dni Francisci. Vti que, si spes sit, eam mulierem filium habituram ante mortem naturalem talis religiois, dominium maioratus illius toto illo tempore erit in pendenti: quia ad nullum eorum vocatorum pertinebit tunc: eo qd vocati sint sub conditione, & conditio pendeat: neque item pertinebit ad ita profectum, aut ad monasterium: quia incapacia sunt talis dominiij, Lege

7 Ad secundum.

Leges, quae dispart. 186. in simili euentu à nobis dicta sunt. Dispositionem autem legis 47. Tauri iam dictam est, intelligendam esse regulariter: quia regulariter proximè vocatus existit simpliciter in rerum natura tempore delati maioratus, neque vocari eorum sicut sub conditione, tempore delati iam maioratus, pendente adhuc in futurum.

Ad tertium dicendum est, id esse verum & confirmare sententiam, quae amplectimur, quando dispositio est pura, aut succedunt ab intestato, in quo euentu loquuntur, veraq; sunt iura illa omnia citata, id ita statuenda. Secus autem rem habere, si aliud exprimat testator, aut institutor maioratus, qui apponat conditionem, quae verè pendeat in futurum, etiam post mortem vltimi possessoris, sub qua alique proximior vocet, qui post mortem vltimi possessoris nascetur.

Ad quartum similiter dicendum est, id esse verum, & confirmare sententiam, quam amplectimur, quando dispositio est pura: secus vero quando manifestè apposta fuit conditio, quae per se pendeat adhuc in futurum, tempore mortis vltimi possessoris: in eo quippe euentu nondum est delata successio comparatione alicuius determinati, sed quando determinata fuit conditio in alteram partem, consuebitur delata successio, atque penes id tempus attenditur proximitas, habitus, seu capacitas, successoris, iuxta eadem iura, quae in eo argumento citantur.

Ad quintum. Ad quintum dicendum est, id quidem verum esse, & similiter confirmare sententiam quam amplectimur. Ceterum quando ab institutore maioratus apposta fuit conditio circa vocationem, ad illum, quae per se pendeat non sit impleta tempore mortis vltimi possessoris, aut tempore amissionis, quae is vltimus possessor maioratus amittit, sed per se pendeat adhuc in futurum, non censetur tunc delatus simpliciter alicui in particulari, quousque ea conditio in alteram partem determinetur, atque pro eo puncto temporis erit inspectandum, quis proximior ad eum maioratus vocetur, atque adeo, cui in particulari ex praescripto institutoris deferatur.

Ad sextum. Ad sextum dicendum est, id esse verum, & confirmare sententiam, quam sequimur, quando aliquis simpliciter, & absolute admittitur, quia videlicet, absque aliqua conditione pendente adhuc in futurum maioratus ad eum spectat: quando autem non spectaret ad eum, nisi sub conditione, post mortem vltimi possessoris pendente adhuc in futurum, tunc ille, neque simpliciter succedit, quia nondum simpliciter delatus alicui in particulari est: talis maioratus, antequam conditio in alteram partem determinetur, ut saepe dictum est, neque illi tradendus maioratus, sed constituendus est curator, & administrator eorum bonorum, qui illa ei tradat, ad quem, purificata conditio, competunt fuerit maioratus pertinere.

Ad septimum. Ad septimum similiter dicendum est, id verum esse, & confirmare nostram sententiam, quando successio simpliciter & absolute est ingretha ad aliquem non vero, quando ad aliquem spectat sub conditione pendente adhuc in futurum.

Ad octauum & ad nonum. Eodem modo dicendum est ad octauum, & ad confirmationem: est enim in eis sermo de delatione maioratus alicui in particulari, ac consummata, ac de iure tali delatione perfectè que sita. Non vero quando delatio, & ius, adhuc pendet à purificatione conditionis pendens in futurum.

Ad nonum. Ad nonum, concessa maiori, neganda est minor, in euentu, in quo maioratus institutor vocasset aliquid ad eum sub conditione per se pendeat in futurum post mortem vltimi possessoris. Licet enim interim dum conditio penderet, dominium

eorum bonorum ad nullum determinatum in particulari pertineret; purificata tamen postea conditione, retrotraheretur successio ad punctum mortis vltimi possessoris, nisi quae fictio, ab eo puncto deferretur is fuisse dominus eius maioratus: quare sicut, qui instituit haereditem sub conditione pendente in futurum, non censetur discedere pro parte temporis interitus; quia, purificata conditione retrotrahitur successio ad tempus mortis testatoris: ita in re proposita, maioratus institutor non censetur discedere pro parte temporis interitus.

Ad argumentum est. Ea quidem concludere, quando per se pendeat maioratus institutor, sub conditione pendente in futurum post mortem vltimi possessoris, vocaret eum, qui post eam mortem proximior, saltem quoad vocationem ad eum maioratus esset futurus: secus autem, quando non vocaret sub conditione, quae post mortem vltimi possessoris, aut post amissionem, qua ex alio capite maioratus amitteret, penderet in futurum, ut dictum est, regulariter non vocare sub tali conditione. Quare ea argumenta nihil concludunt, contra opinionem, quam nos amplectimur.

Ad primum. Vnde ad primum negandum est, sequens proximè vltimo possessori tempore mortis illius, vocari sub conditione, si alius proximior postea non existat: non enim sub tali conditione, sed absolute ac simpliciter censetur vocatus, nisi institutor maioratus aliud per se pendeat.

Ad secundum. Vnde celsa, quod in secundo argumento adducitur. Neque enim est spes, quod alius proximior, esto postea nascatur, succedat: cum absolute proximior vltimo possessori tempore mortis illius sit vocatus.

Ad tertium. Ad tertium concessa toto, neganda est consequentia, quae inde intenditur inferri. In legato enim illo familiae relicto, omnes, qui progressu temporis fuerint de familia, censentur vocati, secundum gradus praerogatiuum, vt inter omnes, qui facerint proximiori gradu, aequaliter diuidatur, ut disputatione 577. & alijs saepe dictum est: ad maioratum vero vnus tantum absolute, & simpliciter vocatur, qui vltimo possessori fuerit proximior, quando ille fuerit mortuus, aut quando ex illo delatus fuerit maioratus ex alia causa, nisi institutor maioratus aliud expresserit, ut dictum est.

Ad quartum. Ad quartum dicendum est, explicatum iam esse, quando ea conditio censenda sit apposta tanquam pendens adhuc in futurum post mortem vltimi possessoris, atque adeo quado vim habeat id argumentum, explicatum item esse, quando non ita censenda sit apposta, neque, in re proposita successiois in maioratu, habeat locum id argumentum.

Ad quintum. Ad quintum dicendum est, nunquam id esse praesumendum in successione in maioratu Hispano, nisi id maioratus institutor sufficenter exprimat, ut explanatum est. Quod verò vltius in eodem argumento subiungitur, nullam vim habet in successione in maioratu Hispano, vt succedat, qui post vltimum possessorem nõdum fuerit proximior, quia nondum sit conceptus, nisi institutor, sub conditione pendente in futurum post mortem eiusdem vltimi possessoris, eum aperte vocet, ut dictum est.

Ad sextum. Ad sextum concedendum est, ea iura non habere locum, quando dispositio est condicionalis; ceterum id in re proposita, intelligendum est de conditionali dispositione, quae pendeat in futurum tempus mortis vltimi possessoris: non est tamen praesumenda talis, nisi id sufficenter exprimat maioratus institutor, ut dictum est.

Ad argumentum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.



Fructus bonorum maioratus pendentes tempore, quoad successorem deferuntur, utrum integri ad novum successorem pertinent, an vero cum prædecessore, seu cum successoribus in bonis illius, sint diuidendi.

S Y M M A R I U M.

- 1 Fendo deuoluto ad proprietarium, fructus rei fendas, ad quem pertinent. Et quatenus id seruandum, nume. 9.
- 2 V usufructu finito, qui fructus rei usufructuariae pertinent ad proprietarium, & qui ad usufructuarius, heredesque ipsius.
- 3 Fideicommissi fructus ad fideicommissarium pertinent a puncto tradita hereditatis, vel quo grauatius eam tradere, in mora est illam tradendi.
- 4 Rei emphyteuticæ fructus, emphyteus finita & consolidata cum proprietate, quousque ad proprietarium pertinent. Deuoluta vero emphyteus ad alium emphyteutam, quousque ad novum emphyteutam attineat.
- 5 Vendite rei fructus ad quem pertinent.
- 6 Fructus dotis, dissoluto matrimonio, quousque ad maritum, heredesque mariti, & quousque ad uxorem, heredesque uxoris, attineant.
- 7 Beneficiorum fructus quousque ad antecessorem, heredesque illius, & quousque ad successorem in illo spectent.
- 8 Pensionis fructus tempore, quo vacavit, quousque ad pensionarium, heredesque ipsius, pertinent, & quousque ad beneficium.
- 9 De fructibus feudi, quod num. 1. fuit dictum, quatenus seruandum.
- 10 Fructus maioratus pro rata anni diuiduntur inter successorem & prædecessorem, heredesque illius, nec res habet ut in fideicommissis.
- 11 Annus unde computandus ad diuisionem eiusmodi fructuum. Compositus autem est, quod computatur a die natiuitatis Domini, quoad omnes fructus. Idemque habet locum in corona regni, & fructibus illius. Si fructus de biennio in biennium, aut de triennio in triennium colliguntur, pro rata eius temporis elapsi, pertinent ad antecessorem.
- 12 De penis fiscalibus, que inter fructus maioratus, aut iurisdictionis, computantur, variis sententiis, num. ad antecessorem, vel ad successorem in ea iurisdictione pertinent, aut quo modo, inter vtrumque sint diuidenda. Et quid censendum, quando titulo fideicommissi ea iurisdictione ad aliquem deuenit. Quid quando consolidatus est cum proprietate. Quid item quando alius succedit in regno, aut in quouis alio maiori, vel in Episcopatu, etiam sede uacante. Quid præterea de maioratu uxoris, aut de alia illius iurisdictione, datis marito in dotem, dissolutis, in matrimonio. Et quid denique de maioratu uxoris aut mariti, que ad bona superlucrata in his Castellæ & Lusitanie regnis.

**E**xplicato, quis in maioratu succedat, explicandum restat, num fructus rerum maioratus pertinent ad antecessorem possessorum, heredesque, seu successores in bonis illius, an vero ad novum successorem, vel potius sint diuidendi inter nouum & antiqui possessorem, & qualiter diuisio fieri debeat. Et cum de hac re nihil

A de iure communi, Castellæ, aut Lusitanie, sit faciendum circa bona maioratus in particulari, ait Molina lib. 3. de primogen. c. 1. 1. ex his, que circa alia sunt sancita, rem hanc esse definiendam.

In feudis. c. 1. §. hic consequenter, in titulo, hic finitur lex. statuitur, si feudum nacet proprietario, & vasallus moriatur, post finitum mensem Augusti, ante Kalendas Martias, omnes fructus feudum illius pertinere ad vasallum defunctum, & ad heredes eius; & nihil eorum ad proprietarium: si vero vasallus moriatur à Kalendis Martij usque ad finitum Augustum, fructus omnes feudi pertinere ad dominum directum, & nihil eorum attinere ad vasallum defunctum, heredesque ipsius.

V usufructuarius, cum dominus non sit fructuum, nisi postquam illos perceperit, aut alius nomine ipsius, saltem à solo per se, vel per alium nomine ipsius, eos separando, sed dominum eorum, dum pendet, se paratimque nomine usufructuarij non sunt, perineat ad dominum prædij, & usufructuarius solum habet ius ad illos percipiendos, & efficiendos suos, interim dum uiuit, mortemque ipsius finitur usufructus, utique si moriatur, fructus, quos vsque ad mortem suam perceperit, & separauerit ex prædio, ad ipsum spectant, & ad heredes ipsius: qui autem pendentes manserint, etiam si maturi sint, & apti vel colligatur, aut ut antea colligerentur, & qui deciderint, nec separati, nec collecti ab usufructuario pertinent ad proprietarium: quo fit, ut fructus eius prædij non diuidantur, inter proprietarium, & heredes usufructuarij, pro rata temporis anni, in qua is usufructus ad usufructuarij terminus, ut disp. 7. dictum est, & constat ex §. si vero, infra de rerum diuis. ex l. defuncta, in prim. ff. de usufructu. ex l. si usufructuarius, ff. quibus modis usufructus amitt. ex l. in singulis, in fine. ff. de annis leg. & consentit communis doctorum sententia.

Heredes grauatius restituerent hereditatem (idem in relige de quocumque fideicommissario grauato restituerent alteri fideicommissum) à puncto, quo fideicommissario tradit hereditatem, aut in mora est ea illi tradendi, fructus omnes hereditatis pertinent ad fideicommissarium, etiam si per maiorem partem anni pertinuerit hereditas ad grauatum eam restituerent, quia non antea dies fideicommissi cessit. Ita habetur. l. Heronius, i. de iur. i. eius uerba sunt. Fructus, qui post acquisitionem ex causa fideicommissi dominium, ex terra percipiuntur: ad fideicommissarium pertinere, licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterisse dicatur; probatumque; à nobis est disp. 187. Vbi etiam explanatum est, quousque heredes grauatius teneatur, aut non teneatur computare in quartam Trebellianicam fructus antea ex hereditate perceptos, & ad se pertinentes.

De emphyteuta dicendum est, eo ipso, quod finitur, & reuertitur ad proprietarium, fructus omnes rei emphyteuticæ pendentes, minimeque ab emphyteuta antea percepti, pertinere ad dominum directum; ut de usufructuaria re, finito usufructu, dictum est; id quod copiose probat Caldas de renouat. emphyt. questio. 10. à nume. 7. & affirmat communis doctorum sententia, quam fuscè refert, consentiente Molina lib. 3. de primogen. cap. 1. nume. 7. Qui reuocatus addit, pertinere etiam eos fructus; nondum ab anteriori emphyteuta defuncto perceptos, ad sequentem emphyteutam, quando morte emphyteute non finitur emphyteus, sed transit ad vterius ad eam vocatum: quod intelligo, quando transit præcipua, in eaque ex pacto & prouidentia succedunt rationem, diuidenda est inter heredes. Porro in euentibus, in quibus dictum est, fructus pendentes nondum ab anteriori emphyteuta perceptos, spectare ad proprietarium, aut ad sequentem emphyteutam, intelligi.

intelligendum est, per solutum sumptibus factis in eis ad eum statum perducendis, & valore laboris & industria circa eos appolitus, quod enim superest, detrahita sumptibus, intelligitur nomine fructuum, ut late in hoc tractatu dictum est. Quod similiter intelligendum est de fructibus rei usufructuariae finito usufructu, & de fructibus ceterarum rerum, de quibus loquimur.

Fructus rei venditæ pendentes tempore perfecti contractus emptionis, modo disp. 398. explicato, ad emptorem pertinent, ut copiose eadem dispensatione est traditum. Quando autem contractus resolutus post semel celebratum, ad quem fructus medio tempore percepti spectent, disp. 377. est explanatum, & disp. 376. ad quem pertinent ex contractu conditionali medio tempore, quo conditio fuit pendens.

De iure communi, dissoluto matrimonio, fructus dotis eius anni, in quo dissoluitur, computando illum à puncto, in quo matrimonium fuit celebratum, & tradita sunt dos, diuiduntur inter uxorem & heredes mariti, aut inter maritum & heredes uxoris, pro rata eius partis anni ultimi, in qua perseverauerit in matrimonio, ad reliquam partem eisdem annis, ut in eadem proportione maritus, aut heredes mariti, recipiant portionem omnium fructuum dotis totius eius anni, deductis expensis, ad portionem, quam recipiat uxor, aut heredes uxoris, quam proportionem habet pars eius anni, in qua perseverauerit in matrimonio, ad reliquam, in qua sua iura dissoluit. Ita habetur l. diuortium, ff. de iur. matrim. & alij iuris, que disp. 433. citantur, nisi. Lege etiam, que disp. 442. dicta à nobis sunt. Cum enim fructus dotis de iure communi tradentur marito pro oneribus matrimonij, si iudicatis, merito fuit sancitum, ut pro rata temporis ultimi anni, in qua subsistit onera matrimonij, reciperet partem omnium fructuum eius anni, & reliqua pars attineret ad uxorem, aut ad heredes uxoris.

Quod ad fructus beneficiorum attinet, supposita illa consuetudine huius regni, ac Lusitanie, & Galie, ut de rebus suorum beneficiorum Ecclesie, si alij, qui prelati non sint, testentur, & viderentur, nec ipsorum perinde eis ab interfecto succedat in eisdem modi bonis, atque in alijs eorundem beneficiorum bonis, de qua disp. 148. dictum est, dubium est, qualiter fructus beneficij eius anni, in quo beneficarius moritur, aut relinquunt, vel amittit beneficium, diuidendi sint inter ipsum, heredesque, ipsius, & inter nouum in beneficio successorem. Communior multo sententia est, beneficarium comparari usufructuario, & eo prout fructus ex beneficio perceptos, vsque ad tempus sue mortis, vel in quo ex alia causa incipit ad illum non attinere, spectare ad ipsum, heredesque ipsius: reliquos vero fructus eisdem anni pertinere ad successorem. Ita glo. e. li. propter verb. primi anni, de rebus lib. 6. & glo. cap. præsentis, verb. referuare, de off. ord. lib. 6. & gl. vlt. lib. 1. C. de annos cuiuslibet lib. 1. & doctores, quos citat Couar. 1. var. resol. c. 1. §. nu. 12. & refert ac sequitur Gigas de rebus, c. 13. nu. 1. Vnde iuxta hanc sententiam erit dicendum, si beneficium, quoad fructus sui locum pro certo pretio, siue anticipata, siue postposita solutione talis pretij, tunc, si beneficarius post collectos omnes fructus beneficij eius anni moriatur, integrum pretium eius locationis ad ipsum, heredesque ipsius, pertinere, & nihil ad successorem in eo beneficio, siue solum iam est defuncto pretio, siue non, sed ad totum restat soluciam, iuxta l. defuncta, in prim. ff. de usufr. Si vero beneficarius moriatur, nullis adhuc fructibus eius beneficij perceptis, tunc, si nihil eorum fructuum ad

ipsum, heredesque ipsius spectaret, sed omnes pertinent ad successorem in beneficio totum pretium locationis (si illi successor stare vellet) attineret ad successorem, esto solutum eius pretij, aut partis illius facta esset anticipata detinctio: de bonis enim illius esset reddenda. Si autem beneficarius moriatur, collecta à parte fructuum, beneficij eius annitunc iuxta proportionem valoris eius partis collectæ ad partem non collectam, diuidendum est pretium locationis inter ipsum, & successorem. Vt enim ex l. defuncta citata constat, & copiose à nobis disp. 368. explanatum est, semper pensio, pretijve fructuum sequitur fructus ipsos, ita ut ad eum pertineat tota, ad quem fructus pertinet integri, aut eodem modo inter aliquos sit diuidenda, quo inter eos diuidendi sunt fructus.

Hac tamen opinio non obstante, mihi probatur opinio Couar. nu. 12. citato. Auendani resp. nu. 1. & Molina c. 1. citato, num. 4. Quam ex parte asseruit Albericus, & quidam alij, quos Couar. refert, sequi attulerunt. Nempe ad beneficarium defunctum, heredesque illius, spectare partem fructuum, pretijve locationis beneficij, pro rata temporis anni, in quo illud habuit ad tempus in quo desijt illud habere, computando annum à natiuitate Domini, ad natiuitatem, ut in Hispanijs comparatur consentaneum ad ius canonicum infra citandum. Ratio autem est. Tum quia beneficarius suo modo est dominus beneficij, & non usufructuarius: amittit in eo usufructuario comparatur, quod dispositio de illo in tempore post suam mortem, non spectat ad ipsum, sed ipso defuncto, vacet, prouideatque illius spectat ad alium. Tum præcipue quoniam fructus, reditusve beneficij, dantur propter officium & administrationem, & sustinentur onera officij ipsiusque beneficij, & in congrua sustentatione beneficij: quare, pro rata temporis, in quo prædecessor officij habuit, onerisque sustinuit, & sustentari eis debuit, pertinent fructus illius ad illum non secus atque iuxta l. diuortio, ff. de iur. matr. & alia iura, fructus dotis, qui marito dantur ad matrimonij opera sustentanda, spectant ultimo anno ad maritum, pro rata partis eius anni, in qua onera matrimonij sustinuit. Atque hæc sententia in nostro Conchensium Episcopatu recepta est, fructus enim beneficij, diuiduntur inter antecessorem, & successorem, pro rata partis anni, computati à natiuitate Domini, quo antecessor, beneficium obtinuit, & eodem modo credo receptam esse in reliquis Hispaniarum Episcopatibus, Molinaque vbi supra restatur, se vidisse illam receptam, frequenter in forensibus controversijs, eodemque modo ait solitos esse diuidi fructus commendarum sancti Iacobi, Calarantz, & Alcázaræ, iuxta constitutiones ordinum earum militarium.

Quod ad eos attinet, qui pensiones in beneficijs Ecclesiasticis habent, multos, quos Couar. vbi supra, nu. 13. refert, & Gigas de pensionibus, q. 49. & 53. refert ac sequitur, comparandos existimant usufructuarijs, eo quod ipsorum pensio, cum eorundem vita finitur, & consolidatur cum beneficio: non secus atque usufructus eius vi usufructuarij finitur, & consolidatur cum proprietate. Vnde num. 53. citato inserit Gigas, iuxta l. defuncta, ff. de usufructu, dicendum esse; Si integri fructus beneficij eius anni finit iam collecti tempore, quo pensionarius moritur, etiam nondum aduenit tempus, in quo pensio erat illi solvenda, solvenda esse hereditibus illius integram pensionem: Si vero nihil fructuum eius anni sit collectum, quando ille moritur, etiam si tempus solutionis pensionis aduenit, imò et hoc esset iam cõsoluam, nihil illius ei deberi, aut hereditibus illius, sed teneri illos de bonis dictum esse, restituerent quod accepit. Si autem pars fructuum eius anni erit collecta, & pars



restabat colligenda, ad illum, haeresve illius, perti- nere solum partem pensionis proportionatam fru- ctibus collectis.

Dicendum tamen est cum Couar. ibidem con- sentaneè ad Auendamium, & ad Molinam, quod de alijs beneficijs dictum est. Solutendam videlicet pro rata partis anni, quam vixit, computari à natu- rae Domini. Quoniam licet pensionarius, quoad illud, quod Gigas commemorat, similis usufructua- rio sit, simpliciter tamen non est usufructuarius, ne- que hac in parte admetiendus est legibus, quae de usufructuario latae sunt. Etenim pensio, non in fru- ctibus beneficij est collocata, sed in beneficio ipso; neque solvenda est pars fructuum, sed certa pecu- niae quantitas, regulariter loquendo. Praeterea pen- sio in alimenta pensionario est assignata: eaque de causa pro rata temporis, quo uixerit, est ei ad eadem alimentanda solvenda. Atque ita in Hispanijs est con- suetudine receptum, vt pro rata partis ultimi anni, quam vixit, ei, haeredibusue ipsius, solvatur.

9 His ita explicatis, vt ad maioratus denemiamus. In primis, quod de feudis est sancitum, minimè cen- sent esse accommodatum maioratibus Couar. vbi sup. num. 14. Molinae. 11. citato, num. 10. & pleriq- ue alij. Id quippe peculiariter in feudis, minime- que consentaneè cum recta ratione, & cum iure cò- muni, sunt à collectoribus feudorum sancitum; ne- que est ad alia accommodandum. Imò verò, vt plu- rimi, quos Couar. ibidem refert, ac sequitur, affir- mant, neque in feudis est id seruandum, nisi ubi con- suetudine fuerit receptum: sed potius, quod fructus percipere vique ad mortem feudatarij, ad ipsi, ha- redesue ipsius, pertineant: qui tunc percipere nò fac- rint, atque ad proprietarium, vt de usufructua- rio, atque emphiteuta dictum est: vnde textus ipse, vbi id in feudis est sancitum, subiungit, quod si hoc alio modo faciendum esse affirmat. Praeterea id so- lum habet locum, quando feudum ad proprietariu reuertitur: quando enim deuoluitur ad alium feuda- tariu, succedentem iuxta inuestituram, & iura feu- dorum in eo feudo, id loci non habet, sed vbi quod de usufructuario dictum est, vel potius, vt Couar. in calce. num. 14. citati, & quidam, quos Acofta in q. de patruo & nepote, par. 3. num. 23. refert, nec repro- bat, & quos Molina vbi sup. num. 11. refert, ac se- quitur, affirmant, quod fructus vitimi anni diuidan- tur inter defunctum & successorem, pro rata partis eius anni, quam defunctus uixit. Cum enim feudum propter seruitum conferatur, atque in alimenta, ac- quitas postulat, vt in vitimo anno defunctus, haeres- desue ipsius, pro rata temporis, quo seruauit, fructus feudi percipiat. Et eodem modo aequitas, propter eandem rationem, postulare, vt fructus inter feuda- tariu, & proprietariu, diuiderentur, quando feuda- tum ad proprietariu deuolueretur.

10 Quod ad fructus tempore mortis ultimi maiora- tus possessoris, aut tempore delationis maioratus ex quacunque alia causa, attinet, Hispani doctores in duas partes diuisi sunt. Quidam arbitrantur, fructus percipere vsque ad punctum delationis maioratus, attingere ad antecessorem; reliquos verò, nondum percipere, ad successorem, sicut quando finitur vsus fructus, seu potius sicut quando finitur fideicommissum, transiitque in fideicommissarium, vt supra dictum est, iuxta l. Herennius. 1. ff. de vfuris, & alia iura: etenim maioratus, successioque in illo, multu fideicommissio est similis, vt dispu. 77. & alias saepe dictum est. Sententiam hanc amplectuntur Anton. Gom. 1. 40. Tauri, num. 74. Acofta in q. de patruo & nepote, par. 3. ad nu. 13. & Gama decif. 18. nu. 6. & filius decif. 30. referuntque Gama, & Acofta ita fenarum Lusitanum iudicasse; & Molina vbi supra nu. 11. refert, eodem modo etiam in hoc Castella re-

agno fuisse aliquando iudicatum. Couar. vt èd num. 14. citato, Molina, num. 11. citato, & Auendamius responfo. 1. citato, potius censent, fructus maioratus diuidendos vltimo anno esse inter antecessorem, & successorem, pro rata partis eius anni, in qua anteces- sor maioratus obtinuit. Ratio autem est, quoniam antecessor maioratus possessor vterq- fructus domini- rum maioratus, tam quoad vtile, quam quoad direc- tum dominium, toto tempore, quo maioratus obti- nit. Et quoniam maioratus datus, institutusque fuit, vt ex fructibus, redditibusue illius, possessor illius sustentaretur, splendoremque familiae sustentatione, & fructibus, conseruaret toto tempore, quo il- lum possideret, sustineretque onera haec & alia ip- sius maioratus: quare aequitas, iustitioque ipsa po- stulat, vt pro rata temporis, quo maioratus quis ob- tinuerit, fructus percipiat: eo modo, quo de iure cò- muni maritus pro rata temporis, quo sustinet matri- monij onera, percipit fructus ex dote vxoris. Atque haec sententia mihi probatur, iuxta quae Couar. & Molina referunt iudicatum fuisse in Granatenij pre- torio: eamque receptam in praxi video in hac ciuitate Conchenfi, eodemque modo receptam eam arbi- tror in ceteris huius regni locis. Recipi etiam in Lu- sitania deberet, tanquam rationi, & aequitati magis consentanea. Neque est eadem ratio de herede gra- uato, respectu fidei commissarij: nam fideicommissum in gratiam fideicommissarij videtur relictu- m à puncto, à quo inuigilat, ut restitatur; vnde per- cipere debet omnes omnino fructus ex fideicommissio à puncto, quo fideicommissum ei cedit: praeterquam, cum haeres grauat, ex dispositione iuris, tanquam suum proprium còmodum detrahat quartam Trebellianicam: maioratus verò aequaliter relinquuntur omnibus successoribus ad effectum, ad quem in fa- milia est institutus: vnde aequaliter successores fructus & emolumenta illius pro rata temporis, quo vniuersique eorum dominus ac possessor illius fuerit, debent percipere.

C Dubiū verò est, à quo die annus, in quo anteces- sor maioratus possessor mortuus est, aut ex alia causa maioratus est ad successorem delatus, si nunc di- uidi, vt pro rata partis eius anni, in qua antecessor il- li possedit, ad ipsi, aut ad haeres ipsius, atque aequalis pars proportionalis fructuum maioratus eius anni. Molina vbi sup. num. 18. relatis alijs opi- nionibus, ait, si res maioratus locatae sint, annum cò- putari, quoad res ita locatas à puncto anni, quo in- cepit locationis contractus. Si verò res locatae nò sint, aut quoad eam partem rerum maioratus, quae locata non fuerit, distinguit. Si enim, inquit, res eius qualitates sint, vt earum fructus, vel pensiones, toto ferme anno indifferenter percipiuntur, annus erit computandus à die natiuitatis Domini. Quia annus simpliciter sumptus, iuxta stylium Romanae Curiae sic semper computandus est ex extrauag. r. S. nos de omnipotentis, & ex extrauag. quae madmo- dum, de pœnit. & remiss. inter communes, constat, & affirmant gloss. vbi in extrauag. r. de censib. inter communes & decisio tota. 30. in nouis, atque in hoc regno Castella Ioannes eius nominis primus, refe- rente Greg. Lop. l. 64. titu. 18. p. 3. glo. 3. praecipit ab eodem die annum computari; & idem in Lusitania statuit Ioannes etiam primus, vt habetur. 4. lib. ordi- ti. 51. Obserua tamen, in literis apostolicis annu- m à die incarnationis solere supputari. Lege verò circa variam anni supputationem Couar. 1. var. resol. cap. 12. num. 11. Si verò, ait Molina res maioratus eius qualitates sint, vt earum fructus certo anni tem- pore percipiuntur, tunc ex eo tempore, quo percipi solent, aut quo veteres eiusmodi fructus percipi solent, solent computari sequens annus. Vnde, si redi- tus sint tritici, aut hordei, annus incipit à festo As- sum-

11 Dubiū est, ad quem spectent pœnae fiscales, quò- do delictum commissum est tempore antecessoris, & condemnatio, aut exequutio pœnae, facta est tem- pore posteriori. Molina, vbi sup. nu. 19. refert mul- torum sententiam, qui affirmant, quando delictum commissum est tempore antecessoris, pœnam ad an- tecessorem spectare, etiam si sententia teratur, aut fiat exequutio, tempore posteriori. Ratio eorum est, quoniam eo ipso, quod delictum tunc commissum fuit, comparauit ius ad pœnam fiscalem: ex eo delicto, ac proinde spectat ad eum, qui dominus erat tunc maioratus, cuius est ille fiscus, & cuius, ratione dominij iurisdictionis, sunt veluti fructus pœnae illae fiscales. Et idem dicendum est de Episcopo, ad cuius cameram tunc spectabant pœnae fiscales ex eo delicto, quando sede vacante, ac tempore successo- ris, lata est sententia condemnatoria, aut facta est exequutio pœnae.

Deinde num. 20. refert multorum aliorum senten- tiam, qui affirmant, si pœna ipso iure fuit incurfa ob delictum tempore antecessoris commissum, ad anteces- sorem spectare eam pœnam, esto sententia ferat- ur, aut exequutio fiat, tempore posteriori. Ratio eorum est, quoniam, quando pœna ipso iure est statu- ta, statim, commissio delicto, comparat filius ius in re comparatione illius, ac proinde pertinet ad eum, cuius tunc erat filius. Si verò pœna non erat ipso iure statuta, tunc, esto delictum commissum fuerit tem- pore antecessoris, non spectat ad eum nisi tempore illius lata sit sententia. Ratio autem eorum est, quoniam pœna ita statuta, non debetur ante latam sen- tentiam, neque ante sententiam est ius ad illam, ac proinde non habet rationem fructus maioratus, aut iurisdictionis, iam percepti, sed solum veluti femi-

sumptionis Beate Virginis, hoc est, à decima quin- ta die Augusti. Si verò sint vini, incipit à festo sancti Michaelis mensis Septembris. Si autem sint ex fru- ctibus pecudum, aut arborum, incipit à die S. Pe- tri mensis Iunii. Quòd si sint ex oleo, incipit à pri- ma die Ianuarij. Atq- scio, iuxta hanc Molinae opi- nionem factam fuisse diuisionem fructuum quorundam maioratum inter antecessores & successores in hac ciuitate Conchenfi. Sed certè haec varietas annorum comparatione diuersorum fructuum eius- dem maioratus, non est satis rationi consentanea, neque aequalis comparatione anterioris & posterioris successoris in maioratu; introductaque videtur in fauorem antecessoris defuncti, vt restitueret non teneatur partem fructuum integrè perceptorum, & nihilominus habeat partem in fructibus, qui non- dum fuerint percepti: tamen, quia nouus successor similiter est tuturus antecessor comparatione alterius, qui morte ipsius sequetur in eodem maioratu, aequalis est ratione fit omnibus successoribus. Ra- tionabiliorem verò diuisionem existimarem, si an- nus, quoad omnes vniuersitatis fructus, supputaretur à natiuitate Domini procedente in sequentem natiuitatem, & diuideretur inter antecessorem, & successorem, pro rata partis eius anni, qua is maio- ratus ad vnumqueque eorum pertinuit, vt in bene- ficijs Ecclesiasticis fit. Illud est obseruandum, si fructus eius sint conditionis, vt non singulis annis, sed de biennio in biennium aut alio longiori tempo- re colligantur, tunc eiusmodi fructus diuidendos esse inter antecessorem, & successorem, pro rata partis totius eius temporis, in qua antecessor maioratus obtinuit. Illud etiam est obseruandum, quae dicta sunt, similiter habere locum in diuisione fructuum coronae regni inter antecessorem & successorem, in regno: cum regnum maioratus sit, & in eo succeda- tur iure sanguinis, & non iure hereditario, vt dispu. 62. aduersus Emmanuelem Acofta, & Aluar. Val- las. ostensum est.

12 Dubiū est, ad quem spectent pœnae fiscales, quò- do delictum commissum est tempore antecessoris, & condemnatio, aut exequutio pœnae, facta est tem- pore posteriori. Molina, vbi sup. nu. 19. refert mul- torum sententiam, qui affirmant, quando delictum commissum est tempore antecessoris, pœnam ad an- tecessorem spectare, etiam si sententia teratur, aut fiat exequutio, tempore posteriori. Ratio eorum est, quoniam eo ipso, quod delictum tunc commissum fuit, comparauit ius ad pœnam fiscalem: ex eo delicto, ac proinde spectat ad eum, qui dominus erat tunc maioratus, cuius est ille fiscus, & cuius, ratione dominij iurisdictionis, sunt veluti fructus pœnae illae fiscales. Et idem dicendum est de Episcopo, ad cuius cameram tunc spectabant pœnae fiscales ex eo delicto, quando sede vacante, ac tempore successo- ris, lata est sententia condemnatoria, aut facta est exequutio pœnae.

Deinde num. 20. refert multorum aliorum senten- tiam, qui affirmant, si pœna ipso iure fuit incurfa ob delictum tempore antecessoris commissum, ad anteces- sorem spectare eam pœnam, esto sententia ferat- ur, aut exequutio fiat, tempore posteriori. Ratio eorum est, quoniam, quando pœna ipso iure est statu- ta, statim, commissio delicto, comparat filius ius in re comparatione illius, ac proinde pertinet ad eum, cuius tunc erat filius. Si verò pœna non erat ipso iure statuta, tunc, esto delictum commissum fuerit tem- pore antecessoris, non spectat ad eum nisi tempore illius lata sit sententia. Ratio autem eorum est, quoniam pœna ita statuta, non debetur ante latam sen- tentiam, neque ante sententiam est ius ad illam, ac proinde non habet rationem fructus maioratus, aut iurisdictionis, iam percepti, sed solum veluti femi-

A nati terraque mandati. Si autem tempore antecesso- ris lata fuit sententia, tunc, esto exequutio fiat tem- pore successoris, pertinet pœna ad antecessorem: eò quòd per sententiam comparauerit ius in re, atque perfectum, comparatione talis pœnae. Baldus relatus à Molina vbi sup. num. 23. voluit, si conculsum fuit in causa tempore antecessoris, esto sententia ferat- ur tempore successoris, spectare pœnam ad antecessorem. Subiungit verò Molina, dubitari posse de veritate huius dicti Baldi. Quòd si sententia lata fuit tempore antecessoris, esto ad ea sit appellatum, & confirmata sit sententia tempore successoris, pœna spectat ad antecessorē, vt Boerius, Carolus Molinax, & Alexander à Molina ibid. num. 14. relati, affirmant. Subiungit verò Molina, id hodie decim esse legere lata in comitibus Pincianis ann. 1548. cap. 86. tamen si ea lex applicata non sit in noua collectione legum: ea quippe lege sancitū fuit, quan- do pœna, aut pars pœnae, applicatur iudici, qui sen- tentiam tulit, debere eam pœnam iudici, qui in prima instantia sententiam tulit, esto ad ea sit appellatum, & confirmetur postea per iudicem superiorem.

Molina vbi supra. nu. 25. addit, sequentia verba. Quamuis haec omnia in usufructuario, seu in empro- re, vel donatario, fructuum iurisdictionis, vera sint: in casu tamen, de quo agimus, dubia mihi videntur. Imò proculdubio existimamus, quòd si in eo anno, quo vltimus maioratus possessor mortuus fuit, cau- sa decisa fuerit, pœna fiscalis pro rata inter haereses vitimi maioratus possessoris, & sequentem successo- rem, diuidenda sit. Cum enim pœnae fiscales fructus iurisdictionis esse dicantur, consequens est, vt idem, quod in alijs fructibus paulo ante resoluimus, fit di- cendum. Ideoque cauti esse debent vitimi maiora- tus possessoris haereses, vt inira annum decidendum di- cendi curent: si enim post annum decidatur, nihil sibi ex penis fiscalibus adijcendum erit: nisi ma- litiose harum litium decilio post annum lapsum re- tardata fuerit: id namque, quòd in fraudem hære- dum factū fuit, eis nullo pacto nocere poterit. Quae omnia in pœna, quae non ipso iure irrogatur, intelli- genda sunt. Si enim pœna fiscalis ipso iure incurfa fuerit, inter haereses vitimi maioratus possessoris, & eiusdem successorem, pro rata diuidi debet, etiam si post annum sententia declaratoria profertur, dum modò vltimo anno delictum commissum fuerit: cum enim pœna ipso iure incuratur, non est conside- randum tempus condemnationis, sed tempus deci- di, prout paulò ante ostensum est. Ex quibus decidi poterit, quid dicendum sit, quando sententia tempo- re vitimi maioratus possessoris lata fuit, & tẽpore sequentis successoris exequutio madata. Si enim vltimo anno sententia lata fuit, pœna fiscalis inter vitimi possessoris maioratus haereses, & sequentē successorem, diuidenda erit, non habita exequutio- nis ratione. Non enim in his exequutio, sed con- demnatio, consideratur, vt superius ostensum est. Quae omnia, retenta ea opinione, quòd scilicet fru- ctus vitimi anni inter haereses vitimi maioratus pos- sessoris, & sequentem successorem, diuidendi sint, quam superius tanquam probabiliorẽ elegimus, vera esse videntur. Haec Molina de verbo ad verbum.

Ego autem, inherendo his eidem principijs, iux- ta haec dicta tota hac disputatione, longè aliter haec definienda censeo. Quod vt intelligatur, ob- seruo. Eo ipso, quod delictum est commissum, pro quo pœna fisco applicata, est imposita, si pœna ipso iure, aut ipso facto, non fit imposita, comparare fi- scum, non quidem ius in re, sed ius ad rem compa- ratione eius pœnae; ac proinde pœnam illam habere iam tunc rationem fructus fisci, seu dominij iuridi- ctionis, non quidem iam percepti, sed quali femina-

ti,



ti, ac terræ mandati, vt dicebant autores fecundæ sententia supra relata: in quo autores primæ & secundæ sententia conueniunt, neque ab eis Molina hæc in parte diffidet. Ratione enim eius iuris ad rem ascripto comparati ad eam penam, ea pena est iam veluti fructus fisci, non perceptus, neque ad maturitatem perductus, sed quali feminatus, ac terræ mandatum, sicutque illo imperfecto modo iam debitus, & quasi annexus, & adherens. Obseruo deinde, siue pena fiscalis sit ipso iure statuta, siue non, nondum habere rationem fructus percepti, sed percipiendi, dependenter ex eo, quod sententia condemnatoria feratur, & executioni ea sententia mandetur: ante sententiam enim executioni mandata, pena fiscalis non habet rationem fructus ex fisco & iurisdictione percepti, sed adhuc percipiendi: imò ante sententiam executioni mandata, non comparati fructus, aut principis ratione fisci, ac iurisdictionis territorialis, dominium eius penæ, sed solum ius ad illa, aut in illa, perfectus, aut minus perfectum, liciteque delinquens, eam retinet, vt suam adluentiam post latam sententiam, interim dum non exigitur, & sententia executioni non mandatur, vt disput. 66. & disput. 95. dictum est, potestque illam præscribere aduersus fiscum, cum scientia, quod ita debeat, & quod lata sit sententia condemnatoria, vt eisdem disputationibus dictum, ostensumque est. Quare, vtique ad executionem sententia: pena fiscalis non habet rationem fructus ex iurisdictione percepti, sed pendentes, maturi tamen, & apti omnino ad collectionem, si lata sit iam vltima sententia condemnatoria, solaque desit executio, vel magis, aut minus, elogari à maturitate & perceptione antelata sententiam, prout solum fiscus acquirerit ius ad rem comparatione talis penæ, vel ius in re, & prout plus, aut minus, desit sententia condemnatoria.

His ita constitutis, vt rem latius definiamus, dicendum est. Si agamus de hæredes grauato restituere dominium iurisdictionis comparatione fideicommissarii, de emptore, aut usufructuario (qui non sit maritus comparatione dotis vxoris) eiusdem dominij iurisdictionis, tunc à puncto cessionis fideicommissi, emptiois celebrata, ac finiti usufructus, penas omnes fiscales ob delictum antea commissum, quæ mandata non fuerint executioni, pertinere ad fideicommissarium, ad emptorem, atque ad dominum directum, & non ad usufructuarium, tanquam fructus ex iurisdictione adhuc pendentes, minimeque perceptos, quos omnes attinere ad fideicommissarium, ad emptorem perfectæ venditione, & ad dominum directum finiti usufructus, in principio huius disputationis est comprobatum. Quod vero attinet ad possessorem maioratus, comparatione successoris, ad Episcopum, comparatione successoris, aut in hoc regno comparatione camera: Apostolica tempore sedis vacantis, & ad maritum usufructuarium tempore constantis matrimonij, comparatione maioratus vxoris, aut alterius illius iurisdictionis, dicendum est. Si delictum commissum sit post testum natiuitatis Domini eius anni, in quo iurisdictione deuoluitur ad alium, aut in marito post vltimum annum matrimonij à die, quo supra dictum est, supputari debere, atque intra eundem annum feratur sententia, & pena executioni mandetur, tunc eam penam annumerandam esse cum reliquis fructibus eius integri anni eius maioratus, Episcopatus, aut dotis vxoris, atque omnes eos fructus diuidendos esse inter antecessorem, & successorem, aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxorem, vel hæredes vxoris, pro rata partis eius anni, in quo antecessor obtinuit maioratum, vel Episcopatum, aut in quo perseverauerit matrimonium, iuxta ea, quæ supra dicta sunt. Si vero delictum fuit commissum ante eum annum, sed exe-

quutio penæ fiscalis facta fuit in eo anno, vel post eum annum, vel de iudicio commissum fuit in eo anno ante mortem antecessoris, vel ante matrimonij dissolutionem, & penam mandata post executionem post eum annum, tunc de eiusdem pena fiscalis idem dicendum est, quod de alijs fructibus maioratus, Episcopatus, aut dotis, qui non percipiuntur singulis annis, sed longiori tempore: atque iuxta proportionem temporis, à commissio delicti in quo antecessor obtinuit maioratus, vel Episcopatum, aut perferuerit matrimonium, ad reliquum tempus, vtique ad eam penam mandata executionis perceptum, ve fructum eius penæ fiscalis, cuiusdi ea pena debet inter antecessorem, & successorem aut inter maritum, vel hæredes mariti, & vxoré, vel hæredes vxoris. Atque eo modo diuidi, dissolutione matrimonio, debet pena fiscalis maioratus, tam mariti, quam vxoris, in hoc Castellæ regno, & in Lusitania, ad effectum, vt pars penæ proportionalis, qui respondet tempore constantis matrimonij, pertineat ad bona superlucrata, diuidenda inter virum & vxorem. Lex vero in comitijs Pincianis lata, quam supra ex Molina retulimus, nihil cum nostra sententia hæretur ex plicata pugnantia enim non loquitur de pena fiscalis, sed de pena, aut parte penæ, applicata iudici ferenti sententiam condemnatoriam de crimine: que sane merito applicatur iudici, qui in prima instantia sententiam tulit, et hoc ab illa fit appellatum, & postea approbata fit per iudicem, aut iudices superiores. Hæc sunt, quæ ex natura rei, de iurisque rigore, mihi dicenda videntur. Si vero alicubi contrarium sit receptum, expendendum erit, num in eo loco consuetudo sit præscripta, cui sit standum.

**D I S P U T . 636.**  
**Dominium, & possessio, tam civilis, quam naturalis, delato maioratu, iure Castellæ ad sequentem successorem, ipso iure, absque vilo profus actu, tranfit.**

- S Y M M A R I U M.**
1. Maioratu delato, continuo tranfit ipso iure absque alia apprehensione dominium, & possessio tam civilis, quam naturalis, verum omnium maioratus ad immediate ad eum uocatum, et alio possessorem apprehenderit.
  2. Qui ita comparat possessionem civilem ac naturalem, non potest autoritate propria expellere alium à tenentia, & insistentia in rebus maioratus: si tamen tempore antecessoris alius acquisierat possessionem verum aliquarum maioratus, quam prædecessor amiserat, possessio earum verum non tranfit in successorem.
  3. Possessio, quam ita comparat maioratus successor, non est ficta, sed vera, habetque effectus omnes possessionis.
  4. Possessio etiam iurium incorporalium, tranfit in immediate uocatum, etiam in ventrem, hoc est, in illum dum est in utero matris: & tranfit eiusdem rationis cum ea, quæ erat in prædecessore, sed alia numero.
  5. Prædicta omnia habent locum, etiam si maioratus ex peculiari Regis facultate institutus non sint, & etiam si sint capella, anniverfaria, & alia in maioratu modo instituta.
  6. Maioratus Lusitanis prædicta non competunt.

**H**oc quoque ad successionem in maioratu spectat: eaque de causa est hoc loco explanandum. Vt in calce disputationis 3. & disputationis 12. dictum

est, de iure huius regni, & Tauri, quæ est. l. 8. tit. 7. lib. 7. non collecta est ianctum, vt mortuo vltimo maioratus possessore (sicut intelligendum est, delato maioratu ex qua cum alia causa, & cum sit par ratio) continetur, absque vilo actu, vi dispositionis eius legis, ipso iure transeat possessio, tam civilis, quam naturalis, rerum omnium institutorum, in immediate, iuxta eius maioratus institutionem, & successorem, esto alius in vita antecessoris apprehenderit earum rerum possessionem, aut antecessor eam illi tradiderit. Cum autem, existente in aliquo legitimo titulo ad dominium rei alicuius comparandum, continetur, atque is possessorem eius rei acquirat, comparat etiam eiusdem rei dominium, vtique ex eadem lege constat, non solum tranfire in sequentem successorem ipso iure possessionem civilem, & naturalem, sed etiam dominium. Verba legis. 45. hæc sunt. *Má nillas q fortales, que son de mayorazgo, agora sean nulas, q fortales, q de otra qualquier calidad que se en, muerto el tenedor del mayorazgo luego, sin otro acto de apprehension de posesion, se traspasa la posesion civil, y natural en el siguiente en grado, que se cum la disposicion del mayorazgo, deuenir succeder en el, aunque aya otro tomado la posesion de las en vida del tenedor del mayorazgo, o el muerto, o el dicho tenedor, se aya dado la posesion de las.*

Quidam arbitrantur, legem hanc, quod attinet ad dominij translationem, fuisse, mortuo vltimo maioratus possessore, habuisse ortum ex l. quoties, C. de donat. quæ sub modo, quasi ex elege colligatur, si aliquid alicui donatum sit sub modo, vt post tempus aliquod denentur ad alium statim, transacto eo tempore, dominium illius, absque aliqua traditione, tranfit ipso iure in eum alium. Nos vero contrarium ostendimus disp. 3. citata, & fuisit disp. 265. Potius vero ex parte videri habuisse originem ex l. 7. tit. 4. par. 5. qua in hoc regno sancitum est, in eo euentu, tunc dominium rei illius, tum etiam possessionem, tranfire in alium ipso iure, absque aliqua traditione, vt vtraque disputatione cum Roderico Xparez, Greg. Lopez & Molina dictum, ostendimus quæ nobis est. Lex vero hæc nostra Tauri id vniuersum in successione in maioratibus statuit, etiam vltima voluntate, aut quouis alio modo sint instituti: statuitque id, non solum de dominio, & possessione civilis, sed etiam de possessione naturali: præterea id statuit, etiam si possessio in morte, aut in vita, vltimi possessoris, in alium esset translata: quare longè amplior est hæc nostra lex, quoad maioratus, quam lex illa 7. quoad eam donationem sub eo modo.

Lex. 45. Tauri, statuta multa Gallia, & Italia, imitata videtur, de quibus disp. 3. & 12. dictum est, quæ, vna cum rerum hereditariarum dominio, etiam possessionem in hæredem absque aliquo actu, vero, vel ficto, ipso iure eipso tranfitunt: quod hæreditatem adit. Ceterum, vt cum Tiraquello Molina lib. 3. de primog. cap. 12. num. 14. ait, possessio illa solum est civilis, non verò naturalis: vi autem legis 45. Tauri etiam possessio naturalis rerum maioratus tranfitur, vt perspicue ex ea constat. Præterea statuta illa Gallia, & Italia (excepto quodam Mediolanensi, quod nullam pronunciat possessionem, cum quod post mortem eius, cui iure hæreditario est successedum, tertius alius aut hæreditatem aditam occupauerit) non tranfitur in hæredem possessorem, nec in hæreditare ab alio occupatam ante mortem, vel post mortem eius, cui esse succedendum, vt eodem Tiraquello & alijs, Molina vbi supra n. 7. affixit mater. vero. 45. Tauri, possessionem rerum maioratus, siue ante mortem vltimi possessoris, siue post, & siue autoritate eiusdem vltimi possessoris, siue sine illa, ab alio occupatam, trāsferre ipso iure in legitimum in eo maioratu successorem, vt ex eadem leg. liquet.

**A** Observat tamen ibi num. 2. Molina cum Baldo, Tiraquello, Greg. Lopez. l. 7. tit. 4. par. 5. ver. *possessio*, & cum alijs, quos citat, etiam l. 45. Tauri possessionem civilem & naturalem tranferat in legitimum successorem, esto ab alio sit accepta, quam tamen legitimum successorem, non posse sua propria autoritate expellere ab ea tenione rerum illa, qui possessionem eorum, aut rerum maioratus, habet occupatam: sed teneri adire iudicem, & proponere inter dictum, de quo disputatione sequenti eicit sermo, occupatamque habentem possessionem citare, iudicem, que autoritate eum expellere: non quidem à possessione civilis, aut naturalis, cum neutram is rectus habeat, sed vtraque, vt leg. 45. Tauri, translata sit in ipsum legitimum successorem: neque esse possit simul in vtroque subiecto, eo quod non possit duo simul eandem rem in solidum possidere eodem modo: sed à nuda tenione, & insistentia in rebus illis, que tenio, & insistentia, cum possessio non sit, habere non potest effectus possessionis, de quibus disputatione 16. dictum à nobis est: quare præscribere eam rem, aut res, non poterit ea tenione, neque lucrari fructus earum, neque poterit alium possessionis effectum habere ex ijs, quos disputatione citata explicauimus, Ita Molina vbi supra num. 18. & Ant. Gom. leg. 45. Tauri. num. 17.

Item obseruat bene Molina vbi supra num. 17. cum Tiraquello, quando vltimus maioratus possessor, tempore mortis, non habebat possessionem rei, aut rerum aliquarum maioratus, vel civilium, vel naturalium, sed illa erat apud alium, non quidem tradita illi, ab vltimo maioratus possessore, sed aliunde, tunc eam possessionem, que illo modo erat apud alium tempore mortis vltimi possessoris, non, tranfire in nouum successorem, sed manere apud eum, qui illam habebat: neque enim lex. 45. Tauri intendit, aut potest, spoliare hæredem eam sua possessione rei, aut rerum maioratus: sed de eiusdem possessione perinde est tenendum, ac si non esset possessio rei maioratus.

**B** Possessio civilis, vel naturalis, que absque vilo actu, vero, vel ficto, ipso iure tranfitur, aut acquiratur, vi vnus, aut cuiuslibet alterius legis, vel statuti, est vera & propria possessio, & non ficta, que quicquid aliquid dixerit Baldu in contrarium, habetque effectus veræ ac propriæ possessionis. Etenim possessio ius quoddam est, quod vi legis potest concedi: & quæuis regulariter, stando que in feto genitum iure, apprehensione acquiratur; at tamen pendet multum ex dispositione iuris humani, qualiter acquiratur: quare sicut ius humanum statuiere potuit actus fictus, quibus possessio compararetur, de quibus disput. 13. dictum est: ita statuiere potest, vt inter dum, vi legis, qua id statuit, acquiratur ipso iure absque vilo profus actu. Ita doctores, quos referunt ac sequuntur Molina vbi supra, num. 19. & Ant. Gom. l. 45. Tauri, numer. 11. Gutier. de pract. questio. lib. 2. o. 37. à nu. 7. & probat petre. c. contingit de dolo & cont. vbi actor, in euentu illius capitis, elapso anno, vi eiusdem capitis, ipso iure verus possessor constituitur: licet enim habet verba illius; *verus constituitur elapso anno possessio*.

**C** Cum possessio civilis & naturalis rerum maioratus, transeat, mortuo priori possessore, ipso iure, vi legis. 45. Tauri, in proximam eum maioratum vocatum, constat nec momentum dari post mortem vltimi possessoris, in quo proximam ad eum vocatum non obtinet eam possessionem civilem, & naturalem, vt ex se est facti perspicuum, & affirmat Molina vbi supra cum alijs, quos citat. E se vero eisdemodi possessionem civilem & naturalem, que tranfit in proximam vocatum, distinctam numero ab ea que erat in prædecessore eiusdem maioratus possessore, tamen si civil-